MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81218-6

AUTHOR:

MUCKE, KARL ERNST

TITLE:

DE CONSONARUM IN GRAECA LINGUA...

PLACE:

BAUTZEN

DATE:

1883

Master Negative #

93-81218-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.7
M88

Mucke, Karl Ernst, 1854-1932.
...De consonarum in Graeca lingua, praeter Asiaticorum dialectum Aeolicam, geminatione, vom... Dr. Ernst Mucke. Bautzen, Monse, 1883-93.
2 pts. in 1 v. 26½ cm.

At head of pt.1: Programm des Gymnasiums zu Bautzen...

At head of pt.2: Gymnasium Albertinum zu Freiberg: Programm...

8
Box 80 Another copy, pt.1.

203868

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 4-5-93 INITIALS MGJ
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

1911
1.50

86

GYMNASIUM ALBERTINUM ZU FREIBERG

Programm

womit zu den

öffentlichen Prüfungen der Schüler

Mittwoch den 22. und Donnerstag den 23. März

und zu der

feierlichen Entlassung der Abiturienten

Freitag den 24. März vormittags 9 Uhr

im Namen des Lehrerkollegiums

ergebenst einladet

Rektor Prof. Dr. Friedrich Richard Franke

Ritter des Königl. Sächs. Verdienstordens 1. Kl.

Bd 3 in 1

Inhalt: 1. De consonarum in Graeca lingua geminatione. II. Vom Oberlehrer Dr. *Ernst Mucke.*
2. Schulnachrichten vom *Rektor.*

Freiberg
Gerlachsche Buchdruckerei
1893.

1893. Progr. Nr. 536.

Ordnung der Prüfung.

Mittwoch den 22. März.

Vormittag 8—12 Uhr.

V. Religion. *Schulze.*

V. Lateinisch. *Buchheim.*

Deutsche Deklamation des Quintaners *von Elterlein.*

VI. Geschichte. *Böhme.*

VI. Lateinisch. *Schulze.*

Deutsche Deklamation des Sextaners *Klein.*

IV. Lateinisch. *Schellhorn.*

IV. Mathematik. *Oehler.*

Deutsche Deklamation des Quartaners *Beyer.*

IIIb. Griechisch. *Knauth.*

IIIb. Geographie. *Herrmann.*

Deutsche Deklamation des Untertertianers *Grosse.*

Nachmittag 3—5 Uhr.

IIb. Deutsch. *Knauth.*

IIb. Lateinisch. *Rachel.*

Lateinische Deklamation des Untersekundaners *Zimmermann.*

Turnen aller Klassen. *Franke.*

Donnerstag den 23. März.

Vormittag 8—11 Uhr.

IIIa. Religion. *Thümer.*

IIIa. Xenophon. *Mucke.*

Deutsche Deklamation des Obertertianers *Ficker.*

IIa. Physik. *Hering.*

IIa. Lateinisch. *Richter.*

Französische Deklamation des Obersekundaners *Kreischer.*

Ib. Griechisch. *Vetter.*

Ib. Französisch. *Kallenberg.*

Griechische Deklamation des Unterprimaners *von Zanthier.*

De consonarum in Graeca lingua praeter Asiaticorum dialectum Aeolicam geminatione.

Particula altera.

Scripsit

Dr. phil. **Ernestus Mucke.**

Commentatio annalibus gymnasii Albertini adiuncta.

Fribergae.

Typis expressit Henricus Gerlach.

1893.

De consonarum in Graeca lingua praeter Asiaticorum dialectum Aeolicam geminatione.

Particula altera.

Etsi in prima huius commentationis parte, quam decem abhinc annis annalibus gymnasii Budissini adiunctam ita foras dedi, ut alterius partis iam tum primum caput totum, secundi autem, quo folii vacuum (pag. 35 sq.) expleretur, paragraphum unam adderem, de operis mei consilio et dispositione accurate exposui, tamen hic singularum partium argumenta iterum breviter proponenda existimavi. Prima igitur parte tractavi eas geminatas quae binarum parium consonantium concursu natae sunt; altera coepi de eis disserere geminatis quae diversarum consonarum adsimulatione exstitere; tertia denique ad annum tractaturus sum de eis quae vel poetarum licentia sculptorumque incuria vel acutiore consonarum simplicium pronuntiatu sunt ortae. Alterius partis capite primo egi de geminatione quae omnium dialectorum Graecarum communis usque ad novissimam linguae Graecae aetatem permansit; capite secundo proposui loqui de geminatione quae universae Graecae linguae olim communis in singulis plerumque dialectis productione vicaria aut ascita aut neglecta cessit; tertio capite disseram de geminatione quae universa lingua Graeca iam disiuncta in singulis demum dialectis exstitit.

Caput II.

De geminatione, quae universae Graecae linguae olim communis in singulis plerumque dialectis productione vicaria aut ascita aut neglecta cessit.

Utraque dialectus Aeolica et Lesbiorum et Thessalorum quamquam consonantes geminatas, quae aetate universae linguae Graecae prisca ex adsimulatione sunt ortae, usque ad recentissima eius tempora fere retinuit, cum praeter linguam epicam carminum Homericorum quam pro specie sua vetustiore has quoque vetustiores sermonis formas aliqua ex parte servasse infra demonstrabimus, omnes ceterae dialecti maxima ex parte geminatas productione suppletoria et ascita et omissa ad simplices redigerent, tamen id quod minime est mirandum, huic studio linguae Graecae geminatas attenuandi non prorsus resistere potuit. Namque iam in veteribus titulis Aeolicis atque in Lesbiorum poetarum carminibus, ubi de Atticae vel communis quam *κοινήν* vocant linguae vi et auctoritate cogitari haud consentaneum est, exempla geminatarum reductarum reperiri perlucide cognoscitur ex Meisteri [de dialectis Graecis libri] I collectionibus quae sunt in pgg. 132 sqq., unde hic repetam: Alc. 87 *ἔσῃ*, 17 *μέσοι*, 77 *τελέσῃ*, 39 *γόνα*, 33 *περάτων*, titt. 3b,4. 60,54 *μῆνος*, 36,9. 40e *Διονυσόδωρος*, 3,25 *διακρινόμενοι*, 61,6 *προξενίαν*, 20 *βόλα*, 19,13 *στάλα*. Contra dialectum Thessalicam, quam cum Lesbiaca fuisse cognatam quidam grammatici velut Stephanus Byzantius et Eustathius memoriae prodiderunt, in his duplicibus continuis retinendis cum illa re vera consensisse*) ante hos decem annos demum titulo maximi momenti

*) At loquendi consuetudo et Pharsalica et Phthiotica i. e. dialecti meridionalis Thessaliae cum aliis tum hac re distabant a dialectis reliquae Thessaliae sicuti Larissaeorum, Crannoniorum, Phalannaeorum, Metropolitanorum atque cum dialectis finitimarum dialectorum Doridis septentrionalis uti Aenianae, Locrensis, Aetolicae in redigendo continuas illas geminatas ad simplices congruebant.

Larissaeo [SGDI*) 345] a Lollingio anno 1882 reperto aliisque minoribus postea effossis evictum est.

Attamen in omnibus Graecae linguae dialectis certis exemplis constare, geminatas et continuas et explosivas antiquitus adsimulatione natas conservari per omnes aetates, iam in prima particula huius commentationis (v. ann. gymn. Budiss. 1883) accuratius docuisse nobis videmur. Iam leges, quas illa ex quaestione collegimus, breviter repetere atque una cum legibus, quas in attenuandis geminatis valere nunc nobis erit docendum, in uno quasi conspectu ponere haud alienum esse putamus. Sunt autem hae:

I. Omnibus in dialectis Graecis immutatae manserunt:

1) geminatae liquidae et nasales λλ ρρ μμ, quae vel ex nasalibus duabus (νμ = μμ) vel ex nasalibus et liquidis (νλ et λν = λλ; νρ = ρρ) vel ex nasalibus et explosivis (β π φ + μ = μμ) vel ex liquidis et spirantibus (σρ et ϝρ = ρρ) sunt adsimulatae. Exempla singula, in quibus ρρ (ex *σρ vel *ϝρ) ad simplicem ρ reducta inveniuntur, poetarum licentiae vel sculptorum incuriae tribuenda sunt (v. in particulae I p. 29).

2) geminatae spirantes σσ vel explosivae ττ, quae in adsimulatione explosivarum gutturalium et dentalium cum spiranti j (κj χj τj θj = σσ vel ττ) nituntur. Sed sunt nonnulla exempla, in quibus geminatae σσ, vicaria productione non admissa, ad simplicem spirantem σ attenuatae sunt (v. in particulae I p. 35 sq.)

3) geminatae explosivae gutturales κκ, quae ex primariis consonis κϝ prodierunt.

II. Contra de geminatis in Graeca lingua praeter Lesbiorum Thessalorumque dialectum attenuatis, de quibus hoc in altero commentationis nostrae capite nobis erit disserendum, universae hae valent leges:

1) Geminatae spirantes σσ, quae ex consonis δσ τσ θσ et σϝ adsimulatione originem duxerunt, atque explosivae geminatae ττ δδ ππ, quae ex τϝ δϝ πϝ adsimulatione prodierunt, neglecta productione vicaria ad consonas simplices σ, τ, δ, π reductae sunt.

2) Geminatae continuae et liquidae λλ ρρ et nasales μμ νν, quae vel ex σ + λ μ ν vel ex λ ρ μ ν + σ vel ex λ ρ ν + ϝ vel ex ρ ν + j sunt adsimulatae, cum ad simplices attenuarentur, in nonnullis dialectis uti Ionica semper, in aliis uti Attica plerumque productione suppletoria compensatae sunt.

3) In mutanda sonorum ανj et αρj coniunctione omnes linguae Graecae dialecti, a quo usu ne Lesbia quidem et Thessalica dialecti discrepant, non adsimulationem atque geminarum reductionem, sed ex initio epenthesin (ανj = αιν, αρj = αιρ) habent.

4) Adsimulationis consonarum ϝλ et ϝν pauciora sunt exempla quam ut certae leges exquiri possint, atque adsimulationis sonorum μj, ϝμ, μϝ omnino nulla exstant exempla.

5) Quaecumque linguae Graecae praeter Lesbiacam, Thessalicam, epicam dialectum voces geminatas non reducentes legibus quas 1. et 2. loco protulimus repugnant, eae aut ex aliqua analogia sunt servatae vel ex linguae indole restitutae sicuti verba in -ννμι exeuntia (v. § 5) aut ex una illarum trium dialectorum sunt susceptae uti τύραννος (v. § 2) aut originem non ex illa prisca universae linguae Graecae aetate ducunt, sed recentioris aetatis usu formantur uti βορρᾶς (v. capitis III § 3).

Quibus praemissis legibus iam ad singula Thessalicae et epicae aliarumque excepta Lesbiaca dialectorum exempla quae geminatas alioquin attenuatas retinuerunt immutatas, accedamus et colligenda et explicanda.

*) Compendium SGDI significat: Sammlung griechischer Dialect-Inschriften. Herausgegeben von Collitz und Bechtel. Göttingen 1884—1892 (continuatur).

§ 1. De Σ geminata.

I. De ρρ ex δ + σ, τ + σ, θ + σ adsimulatis.

A. In futuris et aoristis sigmaticis.

Ubicumque ad stirpes verborum, quae in consonas dentales δ τ θ caderent, suffixum quod incipit a spirante σ accesserat, praecipue in futuris et aoristis sigmaticis, adsimulatione quasi quadam regressiva geminatae σσ exoriebantur. Quibus in geminatis et retinendis et ad simplices reducendis inter singulas dialectos prorsus eadem intercedit ratio, quam in futuris et aoristis stirpium in σ cadentium in particulae primae pagina 10 sqq. pertractatis cognovimus. Atque eius generis verba in dentales desinentia plura alia, quae non dentalis stirpis esse constat, in suam provinciam assumpserunt. Verba huc pertinentia linguarum et epicae G. Oehler in dissertatione, quae de simplicibus consonis continuis etc. 1880 inscribitur, et Boeoticae Meister I p. 264 collecta proposuerunt. Cum autem ego paulo aliter sentiam atque Oehler, de integro omnia illa verba, sed aliter ea distributa hic ponam aliarumque dialectorum exemplis augebo. Quo in proposito persequendo ne commentatio mea solitos fines excedere videatur, ex Homericis talibus verbis singula modo exempla laudabo et ipsos locos quippe per lexica inventu faciles citare supersedebo.

a) Linguae igitur epicae sunt: 1) exempla primigenia: *α)* δ + σ = σσ : ἐφέσσεσθαι : ἕζω, R. ἑδ — ὀνόσσομαι : ὄνομαι, R. ὀ-νοδ = zd. *nad* (v. Fick Wtb.[2] 112), cf. ὀνοτ-άζω et Lat. *notare* — ῥάσσατε : ῥαίνω, R. ῥαδ (v. Curt. Et.[4] 228), cf. ῥαθ-αίνω et ῥαθ-άσσω — ἐργάσσαιο Hes. Ἔ. 43 : ἐργάζομαι, cf. Ἀργαδ-εῖς — κεάσσαι : κεάζω, R. σκεδ (v. Curt. Et.[4] 145) — ὀπάσσαιο (cf. Call. Dian. 33 ὀπάσσω) : ὀπάζω, cf. ὀπαδ-ός — πεμπάσσεται : πεμπάζω, cf. πεμπάς, πεμπάδ-ος — φράσσεται : φράζω, cf. φραδ-ή — ἐρίσσεται : ἐρίζω, cf. ἔρις, ἔριδ-ος — καθίσσαι : καθίζω, R. ἑδ — κομίσσατο : κομίζω, cf. κομιδ-ή — ληΐσσομαι : ληΐζω, cf. ληΐς, ληΐδ-ος — νοσφισσαίμεθα : νοσφίζω, cf. Hes. fr. 5 νοσφίδ-ιος — σχίσσας Hes. Ἀ. 428 : σχίζω, R. σχιδ, cf. σχίδ-η, Lat. *scind-o* — ἐφ-αρμόσσειε : ἁρμόζω, cf. Theogn. ἁρμόδ-ιος — ἐπι-σκύσσαιτο : σκύζομαι, cf. σκυδ-μαίνω.

β) τ + σ = σσ : δάσσασθαι (cf. Hes. Θ. 544 διεδάσσαο) : δατέομαι, R. δατ, cf. Solmsen K[uhns] Z[eitschrift] 29, 108 adn. — ἐρέσσαμεν : ἐρέσσω, R. ἐρ(ε)τ, cf. ἐρέτ-ης — πασσάμενος : πατέομαι, R. πατ (v. Curt. Et. 270), cf. Slav. *pit-ati* nutrire — πλάσσε Hes. Ἔ. 70 : πλάσσω, R. πλατ (v. Curt. Et. 279), cf. πλάτ-ος — χάσσονται : χάζομαι, R. χατ, cf. χατ-έω, χατ-ίζω — ἱμάσσῃ : ἱμάσσω, cf. ἱμάσ-θλη ex *ἱμάτ-θλη (v. Curt. Et. 397) — δεσπόσσεις h. Cer. 366 : R. δεσποτ, cf. δεσπότ-ης.*)

γ) θ + σ = σσ : κορυσσάμενος : κορύσσω, cf. κόρυς, κόρυθ-ος.

2) exempla secundaria h. e. verborum ex analogia formatorum. Ad exemplar verborum in -αζω uti φράζω et in -ιζω uti σχίζω desinentium quae modo attuli, multa alia, quae a nominibus derivantur, in futuris et aoristis sigmaticis ab illorum similitudine ducta geminatam σ assumpserunt. Sunt vero haec:

α) in -αζω : αἰχμάσσουσι : αἰχμάζω : αἰχμή — δικάσσῃ : δικάζω : δίκη — ἑτοιμάσσαντο : ἑτοιμάζω : ἑτοῖμος — θαυμάσσεται : θαυμάζω : θαῦμα — πέλασσε : πελάζω : πέλας — σεβάσσατο : σεβάζομαι : σέβας — τοξάσσεται : τοξάζω : τόξον.

β) in -ιζω : ἀεικίσσωσι : ἀεικίζω : ἀεικία — ἀκοντίσσαντος : ἀκοντίζω : ἄκων — ἀολλίσσασα : ἀολλίζω : ἀολλής — δειπνίσσας : δειπνίζω : δεῖπνον — ἑταιρίσσαιτο : ἑταιρίζω : ἑταῖρος, neque quicquam probat ἑταιρίς (st. ἑταιριδ) a Xenophonte ad ipsius verbi exemplum formatum — κάπνισσαν : καπνίζω : καπνός — κτεατίσσας : κτεατίζω : κτέαρ — ξενίσσομεν : ξε(ι)νίζω : ξένος — ὁπλίσσονσι : ὁπλίζω : ὅπλον — ὁρμίσσομεν : ὁρμίζω : ὅρμος — ἀπ-ουρίσσουσι : ἀπουρίζω : ὅρος — ὀχλίσσειαν : ὀχλίζω : ὄχλος — πολίσσαμεν : πολίζω : πόλις — (ἐ)τειχίσσαντο : τειχίζω : τεῖχος.

*) Nasalis ν ante σ in inf. aor. κένσαι (Ψ 337) verbi κέντ-έω (stimulare) retenta indicat vim geminatae σσ ex τσ natae : *κέντσαι, *κένσσαι, κένσαι.

γ) Quippe cum ab eadem stirpe verba et in -άζω et in -άω desinentia exstarent veluti δαμάζω et δαμάω (v. Curt. V[erbum] I. 340 sqq.) — sunt autem apud Homerum undecim —, haec verba et ipsis in aoristis et futuris formandis confundebantur eorumque ad similitudinem vel verba pura, quae praeterea nusquam praesens in -άζω exhibent, in illis temporibus nonnumquam prout metrum flagitabat spirante σ geminata subornabantur eorumque exemplo interdum vel verba pura in -έω et -ύω exeuntia ducebantur. Talis secundariae analogiae,*) quae et in aliis linguis cognatis satis est nota, exempla leguntur in carminibus Homeri Hesiodique epicis haec: ἄασσαν : ἀάω; praes. ἀάζω enucleavit Sonne KZ. 13, 430 ex Hesychii glossa ἀγάζεσθαι i. e. ἀϝάζεσθαι — ἀγασσάμενοι (cf. Hesych. ἀγάσσαι) : ἄγαμαι et ἀγαίομαι et ἀγάομαι, ap. Pind. vel ἀγάζομαι; Leskien, Curt. Stud. II, 112 de stirpe ἀγας, praes. *ἀγάσιομαι cogitat — δαμάσσομαι : δαμάω et δαμάζω (Aesch. Cho. 321) — διακλάσσας : κλάω — δοάσσατο : praesens deest — ἐγέλασσε : γελάω; Solmsen KZ. 29, 110 statuit stirpem *γέλας — ἐκέδασσε : (σ)κεδάννυμι — ἐλάσσωσιν : ἐλάω — ἐπέρασσεν : περάω — ἐχάλασσε : χαλάω — θλάσσε : θλάω — ἱλάσσεται : ἱλάομαι — κέρασσε : κεράω et κεραίω, quam ob praesentis formam Leskien (Stud. II, 112) et Solmsen (KZ. 29, 110) stirpem *κέρας esse putant — πετάσσας : πετάννυμι — σπασσάμενος : σπάω; Solmsen KZ. 29, 108 proposuit stirpem σπασ = spṇs — ταλάσσῃς (cf. Hesych. τελάσσαι) : ταλάω — ἐπαινέσσειε Hes. Ἔ. 12 : ἐπαινέω — ἐξ-ήμεσσε Hes. Θ. 497 : ἐμέω — καλέσσας : καλέω — κοτεσσάμενος : κοτέομαι — ἀνύσσεσθαι : ἀνύω; in his sequentibusque futuri et aoristi formis verborum in -ύω vel Solmsen KZ. 29, 114 verborum in stirpe in -ες et -ας desinentium imitationem agnoscit, contra ea Froehde B[e]zz[enbergers] B[eiträge] 9, 116 primarias stirpes in -us (Gr. -υς) exeuntes indagare studet — ἀρυσσάμενος Hes. Ἔ. 550 : ἀρύω — ἄφυσσον : ἀφύω — γανύσσεται : γάνυμαι — ἕλκυσσε (sed scriptura est dubia) : ἑλκύω — εἴρυσσε : ἐρύω (trahere), R. ϝερυ — εἰρύσσονται (Σ 276) : εἰρύομαι vel εἴρυμαι (observare atque tueri), R. σερυ (v. Schulze [Quaestiones epicae 1892] p. 325 sq.) — ἐκάπυσσε : καπύω — τάνυσσαν : τανύω.

b) Exempla dialecti Boeoticae. In dialecto Boeotica vel has geminatas spirantes σσ secundarie in explosivas ττ ex analogia immutatas esse, haec exempla a Meistero I p. 264 congesta docent : ἀπολογίτταστη = Att. ἀπολογίσασθαι, ἐπεψαφίτταττο, κομιττάμενοι, καταδουλίτταστη et καταδουλίτταθη, κατασκευάττη, κὴπιχάριτται, ad quae ex titulis postea repertis accedunt : κομίττειτη (SGDI 488, 71. 72) et ἐσκομίττειτη (ibd. l. 151) = Att. ἐκ-κομίσηται — ὁριττ[ά]ντων (B[ulletin de] C[orrespondance] H[ellénique] 1889, 407 in cippo quodam) = Att. ὁρισάντων a verbo ὁρίζω, Boeot. ὁρίδδω.

c) Exempla linguae Doricae. Haud multa sunt quae traduntur exempla: 1) Argiva: in titulo antiquo (SGDI 3277) ἐδικάσσαν et κα(δ)δικασσαίεν; in titulis tribus Epidauricis: *α)* ibd. 3325, l. 263 ἐργασσάσθαι iuxta ἐργασάσθαι (ll. 48. 89), quod equidem legere malim ἐργασσάσθαι quoniam est illo in titulo praeterea haud raro simplex pro geminata exarata uti πισάσιος καὶ πισᾶν (l. 279), verum etiam πίσσας quod saepius occurrit et πισσάσιος (l. 238/239) — *β)* ibd. 3339, l. 39 ἀνσχίσσαι = Att. ἀνασχίσαι, l. 99 ἀνσχίσσαντα — *γ)* ibd. 3340 l. 18 ἀνσχίσσας iuxta ἀνσχίσας (l. 31) pro ἀνσχίσσας exsculptum et l. 41 ἀνσχίσσαντα; sed in titulo recentiore ἐψαφισάμεθα (ibd. 3293). — 2) Delphicum: Pind. P. 4, 141 θεμισσαμένους : θεμίζω, cf. θέμις, θέμιτ-ος. — 3) Sicula: Epich. 96 ἐδασσάμεθα; Theocr. 2, 115 ἔφθασσα : φθάω, ni fallor ad epicae linguae exemplar positum. — 4) Ex Magna Graecia: in Sybaritano titulo metrico (SGDI 1654) est ἐδάμασσε,

*) Aliam aoristi et futuri formationem analogicam similitudinem verborum stirpe gutturali exornatorum secuta haec verba in -άζω et -ίζω adamaverunt in lingua Dorica, uti in dialecto Corcyraea part. fut. χειριξοῦντες (SGDI 3206, 45), praes. χειρίζοντες (ibd. l. 101), ἀπολογίξωνται (ibd. l. 104) et in Cretica χαριξιόμεθα (C[auer, delectus inscr. Graec.][2] 123, 16), praes. χαριζέσθαι (C[2] 125. 25) et in tabulis Heracleensibus ἐργαξῆται (C[2] 41, 8. 9.) = Att. ἐργάσηται.

verum etiam ποσί (bis); in tabulis Heracleensibus (C[2] 40. 41) nr. 41 l. 28 κατεδασσάμεθα, ll. 54. 60. 68. 76. 83. 90. 96. 103 ποτεδασσάμεθα, sed. l. 109 ποτεδαςάμεθα ex sculptoris errore; praeterea sequuntur analogiam stirpium gutturalium, uti nr. 40, l. 57 ἀνχωρίξαντες, l. 118 δοκιμαξόντι, l. 129 ἐνδικαξῆται, l. 169 ἐργαξῆται, nr. 41, l. 9 ἐτερμάξαν, ἐμερίξαν, l. 27 ἐδικαξάμεθα, l. 30 κατεσώξαμες. — 5) Cretica: in tit. Cnoss. δασσασθῶσαι*) (C[2] 121 C 39 D 6), sed in leg. Gort. σσ in ττ conversis (v. sub b) coni. aor. δαττῶνται (V, 34) et inf. aor. ἀπο-δαττάθθαι (IV, 29); de aoristis huius generis in Creticis nonnullis inscriptionibus recentioribus littera ζ pro ττ exaratis uti ἀνδαζάθαι = ἀναδάττασθαι v. cap. III § 10 IIIBe.

d) Exempla dialecti Cypricae. In dialecto Cypricа usurpatur pro duplici simplex σ, cum spirans σ simplex quae fuit primigenia evanuerit et in spiritum asperum attenuata sit: κατεσκεύϝασ(σ)ε (SGDI 31, 3) et ὠρίσ(σ)εν (ibd. 126, 1) = Att. ὡρίσατο; Hesychii ἐπιόκασεν · ἐκάλυψεν pro ἐπτόκασσεν = ἐπτύκασσεν (a verbo πτυκάζω) positum Meister II, 251 autumat Cypriaeque dialecto attribuit.

e) Singula quaedam exempla: λαγάσσαι Antiph. in Bekk. anecd ; cf. λαγάσσαι · ἀφεῖναι (H.) a verbo λαγάζω pro vulg. λογγάζω (Aesch. fr. 99, Ar. fr. 641) — θερμάσσαιο (Nic. al. 600): *θερμάζω pro vulg. θερμαίνω — πέσσαι · πεῖσαι (M. Schmidt πῖσαι) ἢ πάσχειν (H.) quod est inf. aor. stirpis πενθ (pati): aor. *ἔπενθσα = ἔπεσσα et ἔπεισα — δασσάσκετο (H.), quae scriptura, cum glossa haud dubie ad Il. I 333 spectet, ubi metrum δασάσκετο flagitat, librarii errori imputanda est, quamquam per se ipsa vitio vacat.

B. In nonnullis aliis verbi formis.

Apud Homerum reperiuntur duae 2. sg. ind. perf. p. huc pertinentes : κέκασσαι (γ 82): καίνυμαι, R. καδ (?), cf. Curt. Et. 138, et πέπυσσαι : πυνθάνομαι, R. πυθ — praeterea 3. pl. ἴσασι ex *ϝίδσασι (v. Curt. Verb. 2[2] 157 adn. et Stud. Lips. 3 (1880), 189 sq.) undecies apud Homerum — tribus locis omnes codices σσ scriptum exhibent — et septies ἴσᾱσι ponitur.

C. In tertiae declinationis dativis plur.

Adsimulationis quae, cum dentales ante -σι suffixum ponerentur, est facta, rarissima reperiuntur exempla; sunt autem haec:

a) in dialecto epica: ἔρισσι ex *ἐριδσι et ποσσί ex *ποδ-σί; quo pertinet quod est apud Dionysium in Bassaricis fr. X p. 516 Bernh. Κάσπειροι ποσσίκλυτοι, uti Gavelius librorum scripturam ποσὶ κλειτοί emendavit. Sed post vocales longas et diphthongos geminata semper est reducta, uti in παισί (decies) ex *παιδ-σί, iuxta quam forma secundaria ex analogia facta παίδ-εσσι(ν) quinquies usurpatur. — b) in dialecto Dorica: apud Pindarum ποσσί(ν) O. 10, 77. N. 1, 74. 3, 90. 8, 32, at etiam ποσί(ν) P. 8, 44. O. 10, 73. N. 3, 142. Χάρισσιν (N. 5, 99) ex *χάριτσι, θέμισσι (P. 4, 96) ex *θέμιτσι, cf. θέμιτ-ες (O. 10, 24). — Sed Stesichorus 8, 6, Archilochus 58, 4, Theognis 72. 331. 590 ποσσί ex lingua epica ascivisse videntur. — c) in dialecto Arcadica: ad Arcadiam spectat oraculum Delphicum ab Herodoto I, 66 litteris custoditum, in quo est ποσσίκροτοι (cf. hymn. Orph. 30, 22) et Parrhasii cuiusdam nomen Ποσσικράτης apud Paus. 8, 27, 2. — d) in dialecto Cypricа: παισί (SGDI 60, 13. 25) i. e. παισσί, cum simplex σ ad spiritum asperum reductum sit.

II. De σσ ex σϝ adsimulatis.

A. In commissura vocum.

Omnes quae in fronte spiranten σ tenent Graecae voces exceptis admodum paucis primitus incipiebant spirantibus σϝ = sv (v. Meyer[2] § 221) quae iam antiquissimis temporibus in

*) In vocibus Cretensibus, Laconicis, Heracleensibus, Argivis Doricam accentus rationem (de qua v. Ahrens [de Gr. l. dial.] I, 26 sqq. et Cauer [delectus][2] p. VII sq.) sum secutus.

-σσ adsimulatae sunt. Geminatae σσ quae pedetemptim ad simplices reducebantur, tantummodo in Homeri poetarumque qui eius sermonis consuetudinem imitabantur carminum et vocibus compositis et formis verbalibus vel augmento vel reduplicatione auctis diutius permanserunt eiusque generis exhibeo haec exempla:

a) Homerica: verbi σαίνω (ex *σϝάνjω. R. σϝαν, cf. Germ. *swanz*) compositum περισσαίνω — verbi σείω (ex *σϝείω. v. Curt. Et. 375) composita ἐπισσείω et ὑποσσείω atque impf. ἐσσείοντο — verbi σεύω (ex *κjεύω. R. Sct. *cya* = Idg. *kju*, cf. Meyer § 221) composita ἐπισσεύω ἐπίσσυτος, ἀποσσεύω, ἀπόσσυτος, πολισσόος (h. VII, 2) atque tempora et augmentata ἔσσευον ἐσσευάμην et reduplicata ἔσσυμαι ἐσσυμένος. — Accedunt singula haec composita: κονίσσαλος, quod Schulze p. 352 iniuria reprobat, iuxta perperam scriptum κονἶσαλος (v. Curt. Stud. Lips. 3, 189 sq.): R. σϝαλ vel *suel*, cf. Germ. *swellan* — εὔσσελμος: Sct. *svaru*, stipes, v. Curt. Et. 375 — ἐπίσσωτρον (*E* 725), cuius etymon nondum est enucleatum. — b) Alexandrinorum epicorum aliorumque poetarum et scriptorum posteriorum qui Homericum usum sunt imitati: θεόσσυτος (Aesch.), ἐπίσσυτος (trag.), νεόσσυτος, δορυσσόος (trag.), βοοσσόος, κυνοσσόος, λιθοσσόος, νεκυσσόος, ξενοσσόος, οἰνοσσόος, πυροσσόος. — c) Hesychiana: ἔσσευαν, ἔσσευται, ἐσσεύανται, ἐπισσεύουσα, ἐπισσυτέρη (comp. adi. ἐπίσσυτος), ἐπισσοῦ, ἐσσοῦσθαι (v. Kühner, ausf. Gr. I, 2², 535), ἀνάσσυτος, δημόσσους, παρέσσυα — ὀπίσσοος, quam vocem etiam ex *ὀπίδ-σοος (cf. ὄπιδα ξ 82) vel ex *ὀπίθ-σοος (cf. Hes. ὄπιθεν) coaluisse licet opinari. — ἐσσορημένον · τεθορυβημένον, ὡρμημένον, quod vel part. perf. pass. verbi σοέω (a R. *tja* = Sct. *tyājágati*, cf. Brugm. KZ. 25, 301 sq.) esse statuendum vel in ἐσσοβημένον (part. perf. p. verbi σοβέω) emendandum est. — ἐσσύλ(λ)α · ἀφηρεῖ[το]. ἐσκύλευεν iuxta ἔσυλα (*E* 164. *Z* 28. *O* 524) · ἐγύμνου, ἀφηρεῖτο: vb. σῦλ-άω a verbo quod idem significat σκῦλ-εύω = Lat. *spoliare* vix separaveris; quamobrem spiranti *j* ante *v* secundario orto ex σκjῦλ-άω = *(σ)σσυλάω = σῦλάω videtur esse explicandum. — d) Ex Laconica dialecto tradit Xenophon aor. pass. ἀπεσσούα (Hell. I, 1, 23) = ἀπεσσύη i. e. ἀπηλλάγη, quo spectat Hesychii glossema corruptum ἀπεσσία · ἀπηλλάγη. — e) In Attica et Ionica dialectis unicum compositum Att. δια-ττάω, Ion. δια-σσάω (ex *σϝάω = τϝάω, R. *tva*, cf. Lit. *twóju*), quia pro simplici habebatur, geminatam reservasse patet; simplicis σάω vel *ττάω, a quo synonymum ipsum quoque raro usurpatum σή-θω (Hipp., Diosc.) derivatur, in lingua Graeca non traduntur nisi tres formae: ap. Herodotum I, 200 praes. 3. pl. σῶσι et ap. Hesychium part. perf. p. ἐττημένα · σεσησμένα, quod ille ex comico quodam Atheniensi (v. Com. V p. 29) excerpsit. Jure Meyer² § 221 adn. contra ea quae ego statui (v. ann. gymn. Budiss. 1883 p. 19) subst. δίαττος (cribra) a verbo διαττάω, non verbum a substantivo derivatum esse docet.

B. In stirpe vocum.

Duo vocabula ἴσσος (ex *ϝισϝος vel Brugmanno, Grundriss II p. XIII auctore ex *ϝιτσϝος; cf. Cret. in leg. Gort. fr. B 2 ϝίσϝον, X, 53 ϝισϝόμοιρον, in tit. Cret. in Mus. it. II 190 sqq. nrr. 79 et 82 publicato ϝίσϝα et ϝισϝόμοιρον. Hes. γίσγον · ἴσον i. e. ϝίσϝον) et ἥμισσος (ex *ἡμισυ-ος, *ἥμισϝ-ος = ἥμισσος) adhuc sunt nota quorum in stirpe litterae σϝ primariae in σσ adsimulatae sunt. Alterum ἴσσος, si praetermittere licet exempla ex dialecto Lesbiorum Aeolica a Meistero I p. 134 allata,*) non retinuit geminatas nisi in montis Laconici nomine Ἰσσώριον (Plut. Ag. 32) vel

*) Ad illa Meisteri exempla addendae sunt duae glossae Hesychianae Lesbiis ascriptae, quae ab ἴσσος prodeunt: Ἴσσα (cf. Lycophr. 219) · ἡ Λέσβος τὸ πρότερον et ἰσσᾶσθαι · κληροῦσθαι. Λέσβιοι. Exstat, ni fallor, tertia omisso nomine ethnico: ἴσσος (M. Schmidt falso ἴσσος) · γαλήνη Lat. *aequor* i. e. aequum mare; porro nomina urbium Lesbiarum Ἴσσα (v. Steph. Byz. s. v.) et Ἄντισσα (cf. Ῥίον et Ἀντίρριον). Accedunt nomina et herois eponymi Ἴσσος, qui in Il. *A* 101 falso Ἶσος scribitur, et heroidum eponymarum Ἴσση et Ἄντισσα, filiarum Macarei regis Lesbiorum mythici. Ab illa urbe Ἴσσα quae mature deleta est, quin tota insula non numquam sit Ἴσσα nominata, haud est dubium.

Ἰσσωρία (H.) quod ex ἴσσος et ὄρος compositum esse veri simillimum est; quod idem nomen praeterea et ipsi Dianae et eius sacris teste Pausania (III, 24, 2 p. 240 K Ἀρτέμιδος Ἰσσώρας ἱερόν) a Lacedaemoniis erat inditum. Restituendae sunt Meyero §§ 224. 268 suo iure suadente geminatae in carminibus Homericis, ubi codices eosque secuti editores suppeditant ἶσος, quae scriptura cum in lingua Graeca universa litterae σσ attenuatae productionem vicariam admittant nullam, nulla ratione probari et fulciri potest (v. Meyer § 292). Praeter adi. ἴσσος corrigenda sunt eius derivata subst. ἶσα (β 203) in ἴσσα (Aeol.) vel ἴσση (Ion.) sc. μοῖρα i. e. aequa pars = compensatio (Schulze p. 89 Fickium secutus falso ex *ἴκjα) et adi. f. ἐΐση, pl. ἐΐσαι (saepius) in ἐίσση, ἐίσσαι (ex *ἐϝισϝα cum ε prothetico, v. Meyer § 101). — Vox ἥμισσος non legitur nisi in titulis Doricis his: in Argivo Epid. reperto (SGDI 3325) saepius τὸ ἥμισσον, in tit. Chalcedone reperto (ibd. 3052) ἥμισσον praeter ἥμισον, in titt. Delphicis (Curt. Ann. Delph. 126, 13. 213, 11) ἥμισσον; praeterea in tit. Arcadico (SGDI 1222,25) ἡμίσσοι; denique ἥμισος simplici σ exaratum octies occurrit in tit. Tithoreae Phocensi (Ἐφ. ἀρχ. 783—786).

§ 2. De λ ρ μ ν + j adsimulatis.

Liquidae et nasales cum spiranti *j* si concurrerant, iam primis temporibus panhellenicis sunt transformatae. Liquidas λλ ex λj adsimulatas usque ad recentissimam linguae Graecae aetatem viguisse in particulae primae pp. 22 sqq. probavimus. Sed adsimulati μj nulla exstare exempla atque αρj et ανj in omnibus linguae Graecae dialectis iam inde ab initio per epenthesin (v. Meyer § 111) in αιρ et αιν transisse cum in exordio docuerimus, iam de transformandis ερj ῐρj ῠρj ενj ῐνj ῠνj syllabis ut verba faciamus, restat. Quae quidem primo in ερρ ιρρ υρρ εννιννυνν adsimulatae, tum exceptis dialectis et Lesbia et Thessalica atque ex parte quadam etiam epica ad formas ειρ (Dor. ηρ) ῑρ ῡρ ειν (Dor. ην?) ῑν ῡν quae geminatas ad simplices redactas et vocales breves compensationis causa productas exhibent, sunt transformatae. Quoniam nunc ut proposuimus ad voces in quibus geminatae sunt conservatae accedimus enumerandas, Lesbiaca exempla quippe quae sint a Meistero I p. 140 sqq. congesta, et hic et in paragraphis sequentibus omittamus.

I. Dialecti Thessalicae exemplum: unum adhuc exstat κρεννέμεν (SGDI 345,14) ex *κριvjέμεν, cf. Lesb. κρίννω.

II. Dialecti epicae exempla: ἐννῆφιν (Hes. Ἔ. 410) ex *ἐνjα, cf. ἔνι-οι et Sct. *anyás* (Curt. Et. 310). — Ἐριννύς. Hanc speciem cum in formis trisyllabis codices Homerici plerumque tradant, non dubito, si quis stirpem Sanscritam *saraṇyú* (v. Meyer § 58) vel maxime cognatam comparaverit, quin Spitzneri qui falsa etymologia seductus ubique Ἐρῑνύς in textum imposuit aliosque editores fere in assensum traxit, rationem parum probet.

III. Linguae Atticae et vulgaris exempla: τύραννος ex *τυρανjος vel *τυρϝανjος a R. *tur* vel *turv* i. e. domare, devincere, v. Prellwitz, [Etym. Wörterb. d. gr. Spr. 1892] p. 330): haec vox initio Aeolica, utpote quae iambum (⏑–[⏑]) offerret, a iambographo Archilocho Pario in litteras Graecas suscepta apud tragicos adiectivi, postea substantivi vice ponitur. — Duae voces vulgares βλέννος (piscium quoddam genus) et γέννα (genus), in quibus Curtius Et. p. 650 et Vaničekius [Griech-lat. etym. Wtb. 1877] p. 187 νν ex νj factum esse docent, non suffixo jo jα, sed νο να formatas esse nemo iam est qui neget (v. Solmsen KZ. 1888, 64 et Prellwitz p. 48). Ab hac voce γέννα derivantur: γεννα-ῖος γεννά-ω γέννη-μα, -σις, -τρια, -τής; γεννή-τωρ (Eur. I. T. 576) γεννά-δας (Ar. Ran. 179) γεννη-τός; ἀγεννής et attenuatum ἀγενής, ἀγέννεια et ἀγεννία, ἀγέννητος (H.) ἀγέννητα (H.); cum illa voce βλέννος sunt componenda vocabula: τὸ βλέννος (sordes), βλεννός (sordidus et fatuus), βλέννα (sordes), βλενν-ώδης (sordidus), πλένναι (Hes. ex Hipp. πλένναι · μύξαι). Hoc eodem suffixo να (cf. πότ-να, πτέρ-να, ἔχιδ-να, μέριμ-να alia) sunt formata subst. Ἴαν-να (Soph.),

quod est femininum masculini Ἴων vel Ἰάν Ἰᾶνος (Aesch.), et πίννα vel πίννη (pinna), quod a stirpe *pin* vel *pen* (cf. Slav. *pęn-ti* i. e. **pen-ti* et Lit. *pin-ti*) descendit.

IV. Glossae Hesychianae: ἄϊρρον · ἄρρητον iuxta ἄειρον (σ 72) · ἄρρητον : ex *ἀϝεριον — νάερρα · δέσποινα : ex *να(σ)ερια a R. νασ (habitare), cf. ναίτειρα ex *ναιτερια — σκερρὸν ὄντα · σκιρῶντα παῖδα : ex *σκεριός vel *σκηιός a R. σκερ (Sct. *skhal*), cf. σκαίρω ex *σκαρjω vel *σκηjω — ἐπερρίσαι · φιλοποιῆσαι et ἐπέρρισεν · ἐφεστιάσατο quae verba Hoffmann Bzz. B. 1892, 287 ex *ἐπερjω (cf. ved. *saparyâ-mi* venerari) eiusque derivato ἐπερρ-ίζω orta esse putat. — Accedit Suidae glossa σιρρός (fovea) pro vulgari σῖρός et σειρός quod, nisi est mendum librarii, ex *τϝεριός (cf. σορός ex *τϝορός v. Prellwitz p. 294) natum videtur esse. — κόννα · σποδός : ex *κονια. cf. κόνι-ς. κονί-η (ex *κονισα) — φέννος · θάνατος : ex *φενιος a R. φεν (v. Curt. Et. 300), cf. Goth. *banja* (vulnus); Solmsen KZ. 1888, 64 ex φέν-νος — τέννει · στένει : ex *στενjω cf. στείνω; ad σ in fronte abiectum confer τέμματα pro στέμματα, τόμα pro στόμα alia. — Omnia haec glossemata sine nomine ethnico apposita vel Lesbiacae vel Thessalicae dialecto sunt attribuenda.

§ 3. De λ ρ μ ν + ϝ adsimulatis.

Liquidae et nasales cum digammate concurrentes multo diutius quam eaedem illae cum *j* copulatae adsimulationi restiterunt, quae etsi inter eas ex quadam parte iam in lingua panhellenica increbescere coepit, tamen ne quinto quidem a. Chr. saeculo ad finem eam perductam esse docet conspectus titulorum diversarum dialectorum atque haud paucarum Hesychii glossarum (cf. Meyer § 230 sqq.). Quin etiam in nonnullas quarundam dialectorum voces adsimulatio, quae in Ionica potissimum antiquissima dialecto valebat, omnino non incessit, sed spirans ϝ crebro aut constanter ut in sermone Attico adsimulatione omissa evanuit non ascita productione compensatoria, quae res hodieque in Slavicis quibusdam linguis uti in Sorabica usu venit. Adsimulationem vero, nisi si mansit integra, ubique et quidem imprimis in Ionica dialecto attenuatio coniuncta cum productione compensatoria est secuta. — Afferamus iam exempla,*) in quibus permanserit geminatio, omissis Lesbiacis.

I. De ρρ ex ρϝ factis.

1) Dialecti Thessalicae exempla: ὄρρουρα (v. Prellwitz p. 32) : ex *ὄρ-ορϝα (cf. Lat. *arv-um*) = Ion.-ep. ἄρουρα; contra in titulis semel κόρϝα (SGDI 373) et bis κόρα (tit. Lar. et Phal. SGDI 348. 1331). — Περραιβοί (B 749 Περαιβοί), gentis Thessalicae nomen : ex Περραι-βιοί vel *Περραι-βάται hypocoristice decurtatum; πέρραι (πέραι) = πέρας. Lesb. πέρρας ex *πέρϝας (cf. Sct. *parvan*) ultra, locativi est forma; cf. Θηβαι-γενής, Ὀρει-άρχας alia. Itaque non audio neque Baunackium (Stud. Nicol. p. 51), qui ex *Πειραιβοί = *Πειραιβάται. neque Vaničekium p. 933, qui ex *Περι-ραβ-οί i. e. vagabundi vocem ortam esse autumat; quod utrumque si verum esset, ρρ litterae nequaquam ad simplicem potuerunt reduci. — Nomen proprium apud Graecos admodum frequens est Πύρρος; primus antiquae memoriae, cui hoc nomen inditum accepimus, Achillis filius comparet, postea Neoptolemus cognominatus atque herois cultu praecipue Delphis honoratus; eiusdem famam praedicant testibus et Pausania III, 25, 1 et Hesychio s. v. πυρριχίζειν urbs Laconica Πύρριχος et Laconicus chorus πυρρίχα (in lingua communi πυρρίχη et πυρίχη) nec non vestis scutive quoddam genus πυρρίχα (Hes. πυρρίχα · χλαμὺς ἢ πελτάριον). Postea Pyrrhum nominatum esse illum rebus gestis clarissimum Epiri regem satis constat. Nomen igitur Thessalicae aut Aeolicae quidem originis esse atque ex Πύρϝος (cf. in tit. Corinthio SGDI 3119h Πύρϝος equi nomen i. e. Lat. Rufus) prodisse videtur. Pedetemptim hoc nomen proprium per totam Graeciam se diffudit multaque derivata nomina et composita excitavit, qualia sunt Πυρρίας Πύρριχος Πυρρῖνος Πυρρίδης

*) Voces quarum λϝ in λλ est adsimulatum iam in partis alterius commate eo quod legitur in ann. gymn. Budiss. 1883 p. 24 sqq. proposuimus, quas quidem rectius hic ponendas fuisse fateor.

Πύρρακος Πύρραλος Πυρραλεύς. Πύρραιθος Πύρρανδρος Ἀγαπύρρειος; Thessalica patronymica Πύρρειος Πυρρίναιος Πυρρίαιος; Boeotica Πούρρος Πουρρίς (f.) Πουρρίας Πουρρίνεις alia; Hes. gl. Πυρριάδαι · οἱ νῦν Μολοσσοί; in titulis interdum simplici ρ sculpta inveniuntur : Thess. Πυριάδας (Hermes 1885, 158), Phthiot. Πυρῖνος (SGDI 1461, II 48), Boeot. Πύρός (ibd. 668) Πούριππος (385) Πουρεινίδας (485), Byzant. Πύραμος (705), Argiv. Πύρων (1612) Πυρίας (3325).

2) Dialecti Arcadicae et Creticae exempla. Urbis Arcadicae nomen Παρρασία Vaniček p. 523 ex *παρϝατία (sc. πόλις) i. e. urbs in monte et convallibus posita (cf. Sct. *párvata* = montes) ortum esse putat atque re vera huius nominis formam Παρβασία Stephanus Byz. suppeditat; praeterea huc spectant: nomen clari pictoris quod in titulis Atticis et Παρράσιος (C[orp.] I[nscr.] A[ttic.] III, 1186) et Παράσιος (III, 186) exaratum est, et Hes. gl. Παρράσιον · ὄρος Ἀρκαδίας. Aliter Baunack, Stud. Nicol. p. 25: ex *περι-ακj-ια = *Περι-ασσ-ια = Παρρασία; *ἄσσα = aqua. — Nomen Cretensis cuiusdam oppidi Τάρρα ex Τάρϝα adsimulatum esse significari mihi videtur forma Τάρβα (de β = ϝ v. Meyer § 234 sq.), quae a Ptolemaeo III, 17, 3 traditur.

3) Linguae Atticae et communis exempla: κιρρός (flavus), quae vox primum apud Hippocratem Coum exstat: ex *κιρϝός, cf. Lit. *szirwas* (ravus) et Slav. *črŭvenŭ* ex **červenŭ* (ruber); Fick Wtb. 349 κιρρός non recte cum Lit. *kérszas* confert; huc referam etiam nomina propria Κίρρος. Κίρρα et Κίρα, Κίρρις nominaque fluvii Κίρρις vel Κίρις et piscis cuiusdam κιρρά et κίρρις. — ὀρρός (serum), quod pro vulgari ὀρός ex Hippocrate sumptum recepit Aristoteles: ex *ὀρυ-ός, *ὀρϝός a R. *sar* (v. Curt. Et. 350) = Ion. οὐρός, cf. Lat. *seru-m* et Slav. *syrŭ* i. e. **saru*; huc pertinet comp. ὀρρόπισσα (Medd.). — σκίρρος, vulgo σκῖρος vel σκίρος (gypsum), cuius vocis cum κιρρός (flavus) cognatae denominatio a colore prodisse est consentaneum, cf. schol. ad Ar. Vesp. 926 σκῖρος ἢ σκίρρος · γῆ σκιρράς (i. e. terra alba) καὶ Ἀθηνᾶ Σκιρράς. ὅτι γῇ λευκῇ χρίεται. Quae quidem tres voces Atticum sermonem non redolent.

4) Glossae Hesychianae: βορρόν · βρωτικόν iuxta βορόν (Ar. Pac. 58) · βρωτικόν. quod nisi errori scriptoris tribuendum est, suffixo ϝο ex *βορϝός (cf. Lat. *carni-voru-s*) natum esse arbitrer. — βερρόν · δασύ et βίρροξ · δασύ · Μακεδόνες. quae vocabula Fritzsche Stud. 4, 290 licet iure cum glossa βειρόν · δασύ comparet, iniuria tamen mea quidem sententia ex βεριόν orta esse censet; afferenda ei praeterea erat Artemidori vox βίρρος (vestis quaedam). Omnes hae voces componendae mihi videntur esse cum ep. εἶρος (lana) ex *ϝερϝος cf. Lat. *vervēx* i. e. laniger; alii βερρόν ex *βερσόν adsimulatum esse iudicant comparantes vel Russ. *vórsa* et Lit. *varsà* (Joan. Schmidt) vel Graec. βύρσα et γέρρον (Hes. γέρρα · τὰ δερμάτινα σκεπάσματα; ex stirpe *grso*) et Germ. *chursina* (Fick Bzz. B. 2, 266 sq. 16, 286 et Prellwitz p. 55) ex analogia longius ut videtur repetita. — Glossas δερριστήρ*) · περιδέραιον ἵππου et δερριστής · κυνάγχης περιαυχένιος a δέρρα (collum) ex *δέρϝα (Idg. **gerva* = Sct. *grīvā* cervix, Slav. *griva* iuba) = Lesb. δέρρα et δέρα, Dor. δήρα (Hes. gl. δηρή · τράχηλος equidem in δήρα emendaverim), Ion. δείρη, Att. δέρη, cuius η littera post ρ posita etiamnunc ϝ primarium indicat, esse derivatas vel earum significatio docet; Schulze p. 93 confert Et. Mi. gl. δερβιστήρ · τὸ δέρμα: ex δερϝιστήρ; corruptelae speciem prae se fert glossa grammatici in Bekk. anecd. p. 388, 29 et 202, 26 τὰ ἀμφιδέρρεα, praesertim cum codex ἀμφιδέρεα atque in margine rectius ἀμφιδέραια et περιδέραια (cf. Hes. ἀμφιδέραια · ψέλια) praebeat. — Glossae et Macedonica κίκιρροι · ὠχροί et Laconica κίρρος · ὀρρός (cod. ὄρος) καὶ αἷμα καὶ πόμα γάλακτος cum Hippocratis κιρρός (v. sub 3) cognatae mihi videntur. — Denique glossam τέρρατον · ἔσχατον in πέρρατον (ex *πέρϝατον, v. sub 1 πέρρας) emendandam et Aeoliis (v. Meister I, 146) esse tribuendam quis est qui neget?

*) Zonar. c. 476 δερηστήρ · ὁ κυνοῦχος (Schulze p. 93 pro συνέχων) περιτραχήλιος aut in δεριστήρ (Att.) aut in δηριστήρ (Dor.) corrigas.

II. De νν ex νϝ adsimulatis.

1) Dialecti Thessalicae exempla. Vox Aeolica ξέννος (ex *ξένϝος cf. in titt. Corcyr. I[nscript.] G[raecae] A[ntiquae] 342, 3 πρόξενϝος 344 Ξενϝάρεος et Corinth. 20, 40 Ξενϝοκλῆς M[ittheil. d. deutsch.] A[rchaeol.] I[nstituts i. Athen] 1862, 46 Ξένϝων = Ion. et ep. ξεῖνος, Dor. raro ξῆνος cf. tit. Argiv. SGDI 3278 Ξηνοκλῆς et vulgo ξένος, Att. ξένος) non iam exstat nisi in uno titulo Kierionio (BCH 1889 p. 378 nr. 17) l. 6 περὶ προξεννιοῦν i. e. Att. περὶ προξενιῶν, l. 9 προξεννί[αν], sed l. 10 [προ]ξένο[ις]; contra ea in titt. Lariss. SGDI 343 Πολυξεναία 345 Πολύξενος et Phars. 326 Φιλόξενος. — Γόννοι (semel Γόνοι) Γόννος Γόννον Γοννοῦσα (semel Γονοῦσσα) nomina urbis Perrhaeborum Thessaliotarum: ex *Γονϝο, cf. Lat. *Genua* et ep. γόνυ gen. γουνός ex γονϝός itemque nomin. masc. γουνός ex *γονϝός (v. Vanič. p. 193) et apud Theocritum Alcaei Sapphusque imitatorem in carm. 30, 18 γόννοις (Ahrens et Bücheler pro cod. γόνοις) ex *γόνϝοις (heterocl. pro γόνασι vel γούνασι) Lesbiorumque cognomen Apollinis Γοννοπαῖος (Schol. Ar. Nub. 145); accedunt incolarum nomina Γοννεύς (in tit. Thess. Bzz. B. 12, 199 nr. 20, 7 Γοννέως) vel Γουνεύς (*B* 748) et Γονεύς (C[orp.] I[nscr.] G[raec.] 2776), Γόννιος et Γόνιος vel ep. Γούνιος, Γονατᾶς, Γοννουσσαῖος aliusque Thessaliae urbis nomen Γοννοκόνδυλος urbisque Thraciae Γοννεῖς et Γονεῖς (Eustath. 291, 42) atque urbis Achaicae in promunturio sitae Γονόεσσα (*B* 573). Hic minime audiendus est Schulze p. 120, qui de hypocoristica geminatione cogitat.

2) Dialecti epicae exempla: ἐννοσίγαιος (saepius) iuxta ἐνοσίχθων (saepius) et εἰνοσίφυλλος (quater): ex *ἐν-ϝοσί-γαιος. *ἐν-ϝοσί-χθων, *ἐν-ϝοσί-φυλλος a R. ϝοθ = Sct. *vadh* (v. Meyer[2] §§ 56. 291); epicum usum imitati posuerunt Pindarus: ἐννοσίδας (P. 4, 33. 173) et Simonides Ceus ἐννοσίφυλλος. Hesychii glossa ἔννοσις · κίνησις vel ex Lesbia vel Thessalica dialecto videtur esse deprompta. — ἐννήκοντα (τ 174) iuxta recentiorem vulgarisque dialecti formam ἐνενήκοντα (*B* 602 in spuria illa Iliadis parte): ex *ἐνϝήκοντα a stirpe *ἔνϝα = *énwn* (v. Meyer § 405), qua ex stirpe cadunt praeterea voces epicae et ἐνναέτηρος (Hes. Ἔ. 434), ἐννάετες (Hes. Θ. 801), ἐννῆμαρ (saepius) ex *ἐνϝ(α)-ῆμαρ et geminata ad simplicem reducta vicariaque productione ascita εἴνατος εἰνάκις εἰνακόσια (Hdt. 2, 145) εἰνάετες (ξ 240) atque digammate plane amisso recentiores formae cum linguae vulgaris ἔνατος ἐνακόσιοι tum dialectorum ἐνήκοντα (tit. Oetaeus C² 385a, 7) ἐνακηδεκάτη (tit. Boeot. SGDI 488, 95); formae reliquae cum gemino ν scriptae ἔννατος (Aeschin. 86, 4. Poll. 8, 146), ἐννάκις (Diod. Sic.), ἐννακόσιοι (Strabo), ἐνναταῖος (Hipp. et Gal.) quae fere scriptoribus inferioris aetatis sunt propriae, nisi forte librariorum errori debentur, emerserunt ex forma falso accomodata ad vocem ἐννέα, quam quidem vocem esse ortam ex ἐν-νέϝα (praep. ἐν + *néwn* = Lat. *in-novem* = „im ganzen neun") probavit Wackernagel KZ. 28, 132 sqq., quocum faciunt Brugmannus et Ziemer; itemque quae apud poetas Alexandrinos inveniuntur velut apud Theocritum 26, 29 ἐνναέτης (Et. M. 343, 21. 25 ἐνναετής) et Crinagoram Anth. Pal. 7, 643, 2 ἐνναέτις ex imitatione Hesiodi vel Lesbiorum poetarum profectae sunt. — ἔννεπε saepius imperativi semelque (Θ 412) imperfecti loco usurpatum: ex *ἔνϝεπε a R. ϝεπ (cf. ἔπος ex *ϝέπ-ος vox); accedunt h. XIX, 29. Cer. 172 ἔννεπον et Pind. P. 4, 172 προσέννεπε; geminata littera perhibetur attenuata in ἐνοπή (Homerus et tragici saepius) ex *ἐνϝοπή. Curtio auctore homines docti (v. Meyer § 187) ἔννεπε ex *ἔνσεπε (Lat. *insece*) natum esse adhuc putabant, cui opinioni plane repugnat illa linguae Graecae lex, ex qua nasalis ν post brevem vocalem et ante σ sequente vocali posita adsimulationem non patitur, sed ubi immutata non permansit, evanescens brevem vocalem antecedentem producit (v. Meyer § 297); qua de causa Alcaei (18, 1) vocem ἀσυννέτημι non ego Fickio auctore ad *ἀσυνσετημι rettulerim, sed duce van Herwerdenio in ἀδημόνημι emendandam esse censeo. — ἄννεται (*K* 251) pro codicum falsa scriptura ἄνεται: ex *ἄνϝεται, cf. ἀνύ-ω; compensatoria enim productione in lingua epica ex ᾰ non fit ᾱ, sed η (v. Meyer § 65); hac eadem ex causa reponenda est geminata hisce in verbis epico-poeticis pari modo formatis atque falso tran-

scriptis: φθάννει (*I* 506 *Φ* 262) ἱκάννω (saepenumero) κιχάννω (saepius) pro codicum scriptura φθᾱνει ἱκᾱνω κιχᾱνω, cf. Osth. M U. IV, 51 et Solmsen KZ. 29, 111.

3) Dialecti Boeoticae exemplum spurium. Boeoticam dialectum geminatas nasales νν ex νϝ factas nusquam retinuisse cum inter omnes viros doctos constet, in tituli Hyettii scriptura Ξεννάρετος (SGDI 547, 11) aut dittographia aut analogia ex hypocoristicis Ξεννώ Ξέννει Ξεννίας (de quorum geminata aliter explananda in tertia huius commentationis parte ego verba faciam) repetita est agnoscenda; cf. nomina propr. Boeot. Ξενόκριτος (SGDI 550) Ξενόφιλος (ibd. 814 alias) Ξενοκλεῖς (saepius) alia.

4) Linguae Doricae exempla. Hic apposuerim duo exempla ex Magna Graecia petita: βάννας · βασιλεύς. Ἰταλιῶται (H.), quod Vanič. 882 a R. *van* suffixo -ια-ς factum esse iudicat, equidem autem malim cum Slav. *banus, ban* i. e. dux comparare atque ex *βάνϝ-ας explicare. — σάννας (Rinth. Crat. al.) *„sannio"*, quam vocem comici et Graeci et Romani ab Italiotis assumpsisse mihi videntur: ex *σϝανϝ-αντ a stirpe σϝανῡ vel σϝανυ (v. Vanič. 1219), cf. σανυ-ρός (sannio) et σανυ-ρίζω (sanno, subsanno); derivata sunt adi. σάννορος (Rhint.) et nomm. pr. hypoc. Σάνν-ος, -ιος -ίων, -υρίων; Vaniček praeterea huc refert Hesychii glossas σαννάδας ὑννάς ὕννη; adde σαννίον. — Contra binarum nasalium concursu primario explicandae sunt hae voces Doricae: ἔννη = ἐννέα (v. sub 2) in Hes. gl. ἔννη · ἐννέα, Κυρηναῖοι et ἐννηύσκλοι · ὑποδήματα Λακωνικῶν ἐφήβων, cf. in tit. Cyren. Καρνήδας (CIG 5143. 5160) iuxta Καρνεάδης (Kaibel ep 824 a 2 p. XVIII) et Καρνειάδας (Cyrenaeus quidam ap. Pind. P. 9, 71). — τήβεν-νος τήβεν-να τηβεν-νίς, quae vox Polluce teste vestem antiquitus Argivam a nobilibus Graecis receptam significat atque, ut Artemidorus II, 3 p. 134 R refert, ex τήμεν-ος τημεν-ίς (suff. -νο -να -νιδ) originem traxit.

§ 4. De λ ρ μ ν + σ adsimulatis.

Adsimulationis qua priscis linguae panhellenicae temporibus spirans σ antecedentibus liquidis et nasalibus adaequabatur leges, cum sint haud paulum difficiles et contortae, et omnes et totas hic ponendas puto.

1) Semper adsimulantur consonantes μσ; exempla quae sunt pauca non suppeditant nisi aoristi sigmatici.

2a) Consonae νσ post vocales breves collocatae quibusdam in dialectis ad inferiorem linguae Graecae aetatem immutatae remanebant, in aliis ν ante σ excidebat atque cum earum complexum secuta erat vocalis quaepiam, suppletoriam, cum alia aliqua consona, nullam productionem efficiebat.

2b) In omnibus linguae Graecae dialectis adsimulari solebant consonae νσ, cum post vocales a principio longas erant positae, quae norma potissimum apparet in aoristis act. et med., quorum de vocalibus productis conferendus est Meyer § 297.

3) Consonae λσ et ρσ cum in quibusdam vocibus singulis tum in aoristis sigmaticis eorum verborum quorum praesens ad classem iota insignatam („Iodklasse") pertinet in λλ et ρρ adsimulatae sunt; qua in adsimulatione valuit similis formatio aoristi sigmatici earum stirpium quae in nasales liquidis cognatas μ et ν caderent.

4) Geminatae λλ ρρ μμ νν panhellenicae quae ex λσ ρσ μσ νσ adsimulatis profectae, si omiseris dialecti Lesbiacae consuetudinem, non sunt retentae nisi in Thessalico et aliquatenus etiam in epico loquendi usu, ceteris in dialectis ad simplices attenuabantur ascita productione compensatoria.

5) Cum ex aliis quoque dialectis in quibusdam vocibus hae geminatae servabantur, certa suberat causa quam indagare nos conabimur.

Iam ad singula verborum, quae tenuerint geminatas, exempla enarranda aggrediamur.

I. De geminatis *μμ νν λλ ϱϱ* in aoristis sigmaticis.

1) *Dialecti Thessalicae exempla:* *συνμεννάντουν* (SGDI 345, 15) = Att. *συμμεινάντων*: ex **συν-μηνσάντων* (v. Meyer § 297), cf. Lesb. *κρίνναι* (v. Meister I, 138) — *ἀπυστέλλαντος* (SGDI 345, 3. 23) = Att. *ἀποστείλαντος*, cf. Lesb. *ἀποστέλλαντα* (Meister l. c.). — Huc adde Hesychii glossam nondum explanatam *ἀποκεστίλλαι · ἐκδεῖραι*, in qua ego tertium huius geminationis retentae exemplum Thessalicum indagasse mihi videor. Lego enim equidem *ἄποκ' ἐστίλλαι · ἐκδεῖραι* (cf. glossam *ἄποκα · ἀπόκιστα. οὐ κεκαρμένα* quae modo antecedit); *ἐς* pro *ἐκ* item apud Thessalos in usu fuisse testantur titulorum exempla (SGDI 345, 20. 23. 42 *ἐσδόμεν ἐσθέμεν* all.) neque est quod cum Mauricio Schmidt *ἐστῖλαι* corrigamus, ut sit vox Boeotica.

2) *Linguae epicae exempla.* Adsimulationis conservatae non exstat nisi hoc unum exemplum *ὀφέλλειεν* (*Π* 651. *β* 334); aliis in aoristis huius generis omnibus reductio geminarum consonantium et vocalium praecedentium productio apparet praeterquam ubi *λσ* et *ϱσ* adsimulationem respuebant; quales aoristi sunt *ἦϱσα* (praes. *ἀϱαϱίσκω*), *ὦϱσα* (praes. *ὄϱνυμι* cf. fut. *ὀϱσουσα* *Φ* 335), *ἔφυϱσα* (praes. *φύϱ-ω* cf. *φῦϱ-άω*) *ἔκυϱσα* (praes. *κῦϱ-ω*, cf. fut. *κύϱσοντες* ap. Democr.), *ἔκεϱσα* (praes. **κέϱω* cf. *δέϱω*) iuxta *ἔκειϱα* (praes. *κείϱω*), *ἀπόεϱσα* (praes. deest) *ἔελσα* (praes. ap. Hesych. *ἔλω* iuxta *εἴλω* ex **ϝέλϝ-ω*), *ἔκελσα* (praes. deest); hos aoristos, qui non primigenii, sed secundarii a plurium aoristorum sigmaticorum analogia (cf. futura secundaria *θεϱσόμενος* *τ* 507 a praes. *θέϱομαι* et *διαφθέϱσει* *Ν* 625 a praes. *φθείϱω*) ducti mihi videntur esse, accuratius examinaverunt Wackernagel et Solmsen KZ. 29, 126 sqq. 65 sqq. 352 sqq.

II. De geminatis *νν λλ ϱϱ* in aliis quibusdam vocibus.

1) *Dialecti Thessalicae exemplum.* Legitur in tit. Larissaeo *τὰ ὑστεϱομεννία* (SGDI 345,40) = Att. *τῇ ὑστεϱομηνίᾳ* et in tit. Kierionio (BCH 1889, 378 nr. 17 l. 5) *μεννός*: cf. Lesb. *μῆννος*: ex **μηνσός* = Lat. *mensis*.

2) *Epico-poetica aliaque exempla.* Quae huc afferemus exempla aut non satis perspicua sunt aut certa fide carent. a) Verbum epico-poeticum *ἔϱϱω* (eo, abeo, intereo) quod Homerum secuti Attici quoque aliique poetae nec non solutae aliquando orationis scriptores usurpant, ex **ϝέϱσω* a R. *ϝεϱσ* (cf. Lat. *verro* ex **verso* et Germ. *werran*) natum esse a viris doctis (v. Vanič. 906, Prellwitz 103, Meyer § 499) nunc fere iudicatur. Ad idem verbum pertinent haec Hesychii glossemata multa: *ἔϱϱε* (*Θ* 164) · *φθείϱου. ἀπαλλάσσου* — *ἔϱϱει* (Aesch. Ag. 419) · *ἀπόλωλεν* — *ἔϱϱεις* (Eur. I. T. 379) · *ἐφθάϱης* — *ἐϱϱετός* · *φθόϱος* (vel potius *φθόϱιος*) — *ἐϱϱέτω* · *ἀπίτω* — *ἔϱϱ' ἰών* (Eur. fr. 1009) · *εἰς φθόϱον, εἰς ὄλεθϱον* — *ἔϱϱοντι* (ex poeta quodam Dorico) · *ἀπολώλασιν* — *ἦϱϱεν* · *ἀπώλλυτο* — *βέϱϱης* (i. e. *ϝέϱϱης*) · *δϱαπέτης* cum verbo denominativo *βεϱϱεύει* · *δϱαπετεύει* — *βαϱϱεῖ* (i. e. *ϝαϱϱεῖ*) · *ἀπολεῖ[ται]* — *γέϱϱω* (i. e. *ϝέϱϱω*) · *ἀπόλωλα* cum subst. deriv. *γεϱητϱία* (i. e. *ϝεϱϱητϱία*) · *ἀπώλεια*. Adde tit. Eliaci (SGDI 1153, 6. 7.) infinitivum *ϝεϱεν* i. e. *ϝέϱϱην* (= *φεύγειν*), verumtamen nec lectio neque interpretatio constant. At Solmsen KZ. 29, 353 *ἔϱϱω* ex *ϝέϱσω* originem duxisse negat neque vero habet quo alio modo illud explanet. — b) Voces *Δέϱϱα* et *Δέϱϱις* (Macedoniae promunturium) *Δέϱϱιον* (vicus Laconicus) *Δέϱϱιοι* et *Δεϱϱίοπες* (duae Istriae gentes) *Δέϱϱα* vel Stob. *Δέϱα* vel Hes. *Δέϱαι* (locus Messenicus) comparandae sunt ni fallor cum subst. *δειϱάς* (iugum vel dorsum montis), quod praeter Homerum et Pindarum saepius usurpant tragici Athenienses quodque subest nomini demi Attici *Δειϱάδες* eiusque herois eponymi *Δειϱάδης* atque incolarum *Δειϱαδιῶται*; quae quidem vox Attica *δειϱάς* segreganda est a subst. *δέϱη* = **δέϱϝα* (collum), cuius *ϝ* in lingua Attica cum excideret, productionem suppletoriam non effecit; immo referenda est ad vocem **δεϱσ-αδ* = Sct. *dṛṣád* (rupes) et Lat. *dors-um* (v. Wackernagel KZ. 29, 127 sq.), ut sit **δεϱσαδ* = **δεϱϱαδ* (cf. voces *Δέϱϱα* *Δέϱϱις* cett.) = **δειϱαδ* (cf. *δειϱάς* cett.). Eodem pertinere videntur voces: Dor. *Δειϱάς* (vicus Argolicus) et *δηϱάς* (Hes. *δηϱάδες* · *βουνοί* colles), quarum alteram Ahrens II, 159 Cretibus vindicat; cf. urbis Creticae n. *Δήϱη* et *Δηϱάς* (CIG 2554, 134. 169) — ep. *πολυδειϱάς* (*Α* 499 *Ε* 754 *Θ* 3 *πολυδειϱάδος*) — Hesychii *δειϱάϱ* (Eliacum?) · *κοϱυφή* et *δειϱός* · *λόφος, κατάντης τόπος* — nomen urbis cum Atheniensibus foederatae *Δειϱή*. — c) *ὄϱϱος* (Ar., all.) pro *πυγή* (clunes): ex **ὄϱσος*, cf. Germ. *ars*; quae quidem vox ab Aristophane ex dialecto non Attica, sed quadam Aeolica recepta videtur esse, quippe cum sit Attica forma *οὐϱά* et Ion.-epica *οὐϱή* (ex **ὀϱσά*); cf. ep. *οὐϱίαχος* et Ion. *οὐϱαχός*. — d) Hes. *ὄϱϱιον* · *ὀϱίγανον* (plantae montanae genus): hanc ego vocem sine ethnico propositam dialecto Lesbiae vel Thessalicae ascribam atque ab *ὄϱϱος* (ex **ϝοϱσες* v. Meyer § 75) = Att. *ὄϱος*, unde *ὀϱίγανον*, proficisci iudicaverim. — e) In dialecto Macedonum, quae in retinendis litteris geminatis cum finitima Thessalorum videtur congruisse, Hesychio teste usurpabatur subst. *πέλλα* · *λίθος* cum derivatis *πελλάτας* · *λίθος σκληϱὸς ἀπὸ τόπου* et *Πελλαῖον* · *Μακεδονικόν* quae denominatio facta est ab urbe Macedonica *Πέλλα* (*Πέλλαι, Πέλλη*); ab eodem subst. *Πέλλα* praeterea originem duxisse videntur nomina et urbium *Πελλάνα* seu in lingua communi *Πελλήνη* (sunt autem urbes sitae in Achaia, Laconia, Messenia, Thessalia, Thracia), tum *Πελάνα* (*ἡ Σαλαμίς. ἐν τοῖς Εὔκλου χϱησμοῖς* H.), *Πέλη* (sunt duae urbes in Thessalia), *Πέλιννα* et *Πελίνα* (urbs una eademque in Thessalia sita), *Πήλιον* (oppida, alterum in Illyria alterum sub radicibus Pelii montis positum) et montium *Πελληναῖον* vel *Πελινναῖον* et *Πελιναῖον* (in Chio insula) *Πέλις* (in Attica) *Πήλιον*, qui mons Magnesiae notus etiam *Πέλιον* atque ap. Pind. hyperdorice *Πᾱλιον* audit; adde Hes. *φελλίνιοι* · *ὀϱοβάκχαι* atque Ulpiani ad Demosth. *πεϱὶ παϱαπϱ.* 376 B *φέλλαι*, quod illo teste Macedones pro *πέλαι* usurpabant. Denique huc refert Baunack Stud. Nicol. 56 Atticum *πελαϱγικὸν* (ex **πελα-(ϝ)εϱγ-ικόν*) *τεῖχος* comparata Hesychii gl. *πελαϱγός* (ex **πελα-ϝεϱγός*) · *ἄγγος τι κεϱάμεον* („Steingut“). At Baunackii (Stud. Nicol. 52) sententiae pro certa venditatae (*πέλλαι* = **πέλ̥ναι*) repugnat, quod in dialectis et Thessalica et Dorica et Attica formae simplici *λ* praeditae occurrunt; quamobrem equidem ad Sct. *pāṣía-m* et Germ. *fels-en* recurram atque *πέλλα* ad **πέλσ-α* reduxerim. Contra cognatas eas voces quae in fronte aspiratam pro tenui assumpserunt *φελλός* (*τόπος πετϱώδης* H.) *φελλεύς* (Pl. Arist. Crat. Is.) *φελλίς* (Poll., inscr.) *φέλλιον* (Xen. cyn. 5, 18) *φελλάτας* (Dor. ap. Clem. Al.) quaeque ab eis ducta sunt diversisque in regionibus occurrunt nomina propria *Φελλός Φελλεύς Φέλλων Φέλλουσα Φελλίς Φελλεῖς Φελλίνη Φελλόη* perinde atque eiusdem stirpis substantivum *φελλός* (suber) ex **φελ̯ιός* vel **φελνός* concrevisse arbitror, quippe quae ubique geminatam exhibeant. — f) Hesychii gl. *βέλλιον* · *ἀτυχές* · *Κϱῆτες* si quis cum altera eius glossa *γελσόν* · *ἀτυχές* comparaverit, eam ex **ϝέλσ-ιον* ortam esse iudicabit. Ad eandem stirpem et formationem haesito an referam glossemata et Hesychii *ἔλλεϱα* · *ἐχθϱά, πολέμια* et Eustathii *βέλλεϱα* · *τὰ κακά*: ex **ϝέλσ-εϱα*. — g) Etsi in Arcadii libro *πεϱὶ τόνων* p. 53, 21, ubi est *βίλλος* · *τὸ ἀνδϱεῖον αἰδοῖον, τὸ κοινῶς βιλλίν, παϱὰ Ἐφεσίοις βαϱύνεται*, ad Lat. *verres* (ex **verses*) et *veretrum* (ex **versetrum*, v. Bopp, Gloss. 351b) respicientes substantivum *βίλλος* (*βιλλίν*) ex **βιλσ-ο* (**βιλσ-ιν*) natum esse Vaničekio (p. 935) concesserimus, tamen voces illas ex dialecto Aeolica in linguam Ionicam et communem transisse statuendum erit.

III. Appendix ad § 4. De *λj λν λϝ* adsimulatis.

Uti geminatas *λλ*, quae ex *λj* sunt adsimulatae, ita *λλ* ex *λν* natas nulla in dialecto Graeca attenuationem perpessas esse iam supra docuimus. Reductio geminarum ubicumque re vera agnoscenda est, ex analogia vel alicunde fluxit. Ad exempla, quae iam in particulae I pgg. 26 sqq. attulimus, hoc loco nonnulla corrigenda et addenda inserere placet.

1) *Corrigenda.* Adi. Att. *κᾰλός*, Lesb.-Aeol. *καλλός* et *κᾰλός*, epic. *καλλός*, Dor. *κᾱλός* et *κᾰλός* a R. *καλ* (v. Vanič. p. 146) ex primario **καλ-ϝός*, non ex **καλ̯ιός* (v. Meyer § 290) formatum esse iam Slavicum adi. *cělŭ* (v. Curt. Et. 139), quod est cognatum, probare atque linguae Graecae

ratio postulare mihi videtur; ex *κάλjος (= Sct. *kalya-s*) vero subst. κάλλος quippe quod gemi-
natas numquam reduxerit meo quoque iudicio descendit eiusque analogia formam comparativi et
superlativi per omnes dialectos excepta Lesbia (v. Meyer § 65) geminatas exhibentem ductam
esse suo iure Schulze p. 81 contendit. — Eadem de causa substt. κῦλα κῦλάς κῦλίς linguae com-
munis Hesychiique κύλλα (Lesb. vel Thess.) et κῦλα (Ion.) cum κύλλαβοι κύλλια (Lesb.-Thess.)
non ad *κύλια, sed ad *κύλϝα (cf. κολυ-μβός et Lat. *palu-mbes* ap. Vanič. pp. 1089. 525) reducenda
sunt. — Item ab radice reduplicata ϝελϝ (de R. ϝελ v. Vanič. 897 et ad redupl. cf. Lat. *volv-ere*
Vanič. 916) descendentes facillime explanantur hae formae et nominales Att.-Ion. ἴλη vel εἴλη,
Lac. βείλα, Tarent. βείλα (non βείλη), Lesb.-Thess. ἴλλα (H.) = *ϝέλϝ-α atque *ϝίλϝ-α et verbales
Att.-Ion. εἴλω, Dor. ϝήλω atque (ϝ)είλω, Lesb.-Thess. ἔλλω atque ἔλω (H.) = *ϝέλϝ-ω. Contra
Lacon. subst. ἀπέλλαι (H.) cum derivatis ἀπέλλακες ἀπελλάδδε(ι)ν (Hes. ἀπαλλάζειν corruptum)
et ep. adi. ἀελλής et ἀολλής cum derivatis ἀελλέω (H.) et ἀολλίζω ἀολληδόν re vera ab *[ἀ]ϝέλ-να
et *[ἀ]ϝελ-νές prodisse geminata λλ ipsa iam indicat. — Difficiliora explicatu sunt vb. βούλομαι
et subst. βουλή. Namque formae Att.-Ion. βούλομαι βουλή Boeot. βείλομαι βωλά Dor. βώλομαι
δήλομαι δείλομαι βωλά neque ex *βόλjομαι *βολjά (v. Meyer § 199. Vanič. 887) neque ex *βόλ-
νομαι *βολνά (v. Curt. Et. 539) recta via natae esse possunt. Neque vero si principalem earum
speciem *βόλϝομαι *βολϝά statuamus, formae Atticae satis sunt explanatae, quippe cum causam
productionis compensatoriae oporteret indagari. Quamquam Kretzschmer KZ. 31, 440 sqq. hanc
habet opinionem, in Attica quoque dialecto λλ ex λϝ adsimulatum, cum ad simplicem reduceretur,
non numquam productione vocalis antecedentis compensatum esse.

2) *Addenda*. a) λλ ex λj. In subst. κόλλαβος κόλλιξ κόλλυρα (Lac. κόλλουρα H.) panis
vel placentae rotundae speciem significantibus atque in subst. κόλλυβος (εἶδος νομίσματος H.) cum
deriv. κολλυβιστής (τραπεζίτης H.), quae ad R. *kar* vel *kal* (v. Vanič. 133 sq.) spectant, ego λλ
ex λι natum esse arbitrer atque ad Slavicum *kolačĭ* (Russ. *kuli-čĭ*), quod idem est placentae ro-
tundae species, referam eandemque adsimulationem subst. κόλλοψ et κόλλαβος (lyrae verticillus),
quae ex R. σκελ (σ)κολ (v. Vanič. 1078 sqq.) prodierunt, subesse opineris, cum ad adi. σκολι-ός
(curvus) respexeris. — Contra mera corruptela inest in Hes. gl. ἐσσύλλα · ἀφῃρεῖ[το] κτλ., cuius λλ
a λj Curtius Et. 685 repetere studet, cum prima syllaba verbi σῦλ-άω, quod idem ac σκῦλ-εύω
significat, natura producatur; cf. praeterea eiusdem radicis subst. σκῦ-τος (v. Prellwitz p. 292). —
b) λλ ex λν. Hesychii glossae et ἄβελλον · ταπεινόν (ex *ἄ-βελνον cf. Att. ἄβουλος) Thes-
salicae (cf. βέλλομαι) et ἄδειλον · ἀβέλτερον (ex *ἄ-δελνον = *ἄ-βελνον) Doricae (cf. Dor.
δήλομαι et δείλομαι) linguae ascribendae sunt atque gl. ἄβδελον · ταπεινόν sine dubio ex ἄβελλον
corrupta est; sed gl. ἀπελλόν · αἴγειρος (H.) ad *ἀ-πελϝ-όν (cf. πτελέα ex *πτελεϝα = *πτελϝα
cum ε anaptyct.) recurrere videtur. — Vox Cypria δέλλις (vespa) cum deriv. demin. δελλίθιον
a Meistero II, 204 ex *δέλνις prognata esse putatur. — Similiter nascitur κόλλοψ (Hes. τοῦ νώτου
ἡ φορίνη) ex *κόλνοψ, cf. Lat. *callus* (ex *calno-s* et Sct. *kiṇas* ex *kilnas*). — Glossa Hesychiana
μιλλός · βραδύς, χαῦνος quam Bezzenberger (BB 6, 239) perperam cum Slav. *mŭdlŭ* (tardus), quippe
cuius stirps *mŭd* a Graeca μιλ prorsus sit aliena, conferre conatur, potius a R. μιλ (v. Prellwitz
p. 194) ex *μιλ-νός deducenda atque cum Slav. adi. *milĭnŭ* (miserabilis) comparanda est. — c) Voces
dubiae et corruptae. Contra geminatae λλ ex λν non possunt factae esse in vocibus Lesb.-Thess.
στάλλα (exx. Lesb. v. Meister I, 144; exx. Thess. SGDI 345, 21. 44 bis acc. pl. στάλλας; ex
*στάλνα Hübschmann, Ztschr. d. deutsch. morg. Ges. 39, 93 not. 3) et Cypr. βάλλαι (βαθμοί . ὑπό
Κυπρίων Hes.; Meister II, 221 ex *βαλ-νο *βαλ-νιᾱ) et Hesychii a Schmidtio et Meistero Aeoliis
attributa γάλλοι (Prellwitz p. 114 ex *ϝάλνος = Lat. *vallus* ex *valnos*), cum sint in aliis dialectis uti
Attica (στήλη βηλός ἧλος) ad simplices reductae atque productione compensatoria repletae. Quibus
quidem in exemplis non est cogitandum nisi de λϝ vel λσ adsimulatis; neque vero adhuc investigatae

sunt aliarum linguarum affinium voces quae his respondeant. Quod inscriptiones communis linguae (κοινῆς) haud raro scripturam στήλλη στήλλα στάλλα (v. Meister I p. 144 et adde haec exempla in tribus titulis Perinthi effossis MAI 1892, 201 sqq. bis στήλλη iuxta unum στήλη et in cippo Nicomediae Byth. reperto MAI 1889, 240 στήλλην) perhibent; quamquam est mirandum, tamen cave geminatas ex prisca linguae panhellenicae aetate conservatas existimes; immo meram agnosce sculptorum imprimis Asiaticorum imitationem Lesbiacae scribendi vel pronuntiandi consuetudinis. — Hesychii glossam γυλλοί · στολμοί iam M. Schmidt in γυαλοί, quod etiam ordine alphabetico requiritur, emendavit; simili modo emendandae sunt glossae γύλλινα · ἐρείσματα in γυάλινα — γύλλιον · ἀγγεῖον πλεκτόν in γύλιον (cf. Bekk. anecd. 228 γύλιον et apud Com. et Lex. γύλιος) — ἡμικόλλιον in ἡμικόλιον, quam glossae speciem sub voce κολία proponit.

§ 5. De σ + λ ρ μ ν adsimulatis.

Spirans σ cum subsequentibus liquidis et nasalibus antiquissima iam linguae Graecae aetate coaluit in λλ ρρ μμ νν geminatas, quae cum mediis in vocibus mature ad simplices redactae productione supplerentur, non permanebant nisi in dialectis et Lesbia et Thessalica atque aliquatenus epica. Ubicumque autem uti in ἔμεν ἔμεναι productio suppletoria neglegitur, momentum alicuius analogiae est quaerendum. Porro in fronte vocum cum pro Graecae linguae indole litterae geminatae essent attenuandae, tamen in commissura, in augmentatione, in reduplicatione uti omnibus in dialectis consonantes ρρ sive ex σρ sive ex ϝρ adaequatae constanter retinebantur, sic in lingua epica λλ ex σλ factae non numquam obdurabant.

Quoniam geminatas ρρ ex σρ adsimulatas iam in particulae I pg. 29 pertractavimus, restat, ut hac in paragrapho Thessalicae et epicae linguae exempla continuarum λλ μμ νν ex σλ σμ σν adaequatarum collecta proponamus.

I. De σλ in λλ adsimulatis.

1) *Exempla primigenia*. Duarum omnino certarum vocum quae hanc adsimulationem perhibent nec Aeol. χέλλος (ex *χέσλος a R. *ghas*) nec Aeol. χέλλιοι (ex *χέσλιοι = Sct. *sahásra*) adhuc in titulis Thessalicis reperta est, Homeri autem lingua epica praebet formas productione praeditas χεῖλος et χῑλιοι (Att. χῑλιοι et χείλιοι). Praeterea haud scio an huc referre liceat corruptam Hesychii glossam ὑο + λλός · τόπος συῶν βορβορώδης, quam si in ὑοαυλλός (ex *συο-αυσ-λός cf. αὐλή = *αὐσ-λή, αὖλις = *αὖσ-λις a R. Sct. *vas* v. Prellwitz p. 39) emendaveris, alphabeticus quidem ordo adhuc interruptus reparabitur. Vox attinet ad dialectum Aeolicam. — De epica geminatione in compositis verbi λήγω (Ο 31 ἀπολλήξεις iuxta Υ 99 ἀπολήγει, μ 224 ἀπολλήξειαν, ν 151 ἀπολλήξουσι, τ 166 ἀπολλήξεις, Ι 157. 261. 299 μεταλλήξαντι, Ι 636 saepiusque ἄλληκτος) non satis constat, utrum eius forma primaria sit *σλήγω (v. Curt. Et. 738. L. Meyer Bzz. B. 6, 300 sq.) necne. De ceteris linguae epicae geminationibus metricis uti ἔλλαβε ἔλλαχε ἐλλίσσετο all. in tertia huius commentationis parte agetur.

2) *Exempla secundaria*. Nonnulla in lingua Graeca exstant substantiva quae suffixis -λο -λα a stirpibus in δ desinentibus formata atque adsimulationem consonarum δλ passa esse videantur. Quam quidem ante adsimulationem cum δλ in σλ mutatum esse equidem suspicer, illas voces, quarum aliae geminatas λλ servant aliae respuunt, hic ponam. Sunt vero hae voces: a) Linguae Laconicae: ἑλλά · καθέδρα . Λάκωνες (H.) : ex *σεδ-λα (cf. Lat. *sella* et Slav. *sedlo*) et κασέλα · καθέδρα . Λάκωνες (H.), quae est forma recentior. — βυλλά · βεβυσμένα i. e. πεπληρωμένη: ex *βυδ-λά a R. βυδ (cf. βύζω); cuius vb. denom. βυλλόω perhibetur in βεβυλλῶσθαι · βεβύσθαι et ἐβύλλων · ἔβρυον . ἐπλήθυνον, quas voces M. Schmidt suo iure Doridi severiori i. e. antiquiori vindicat. — b) Linguae Atticae et communis: πέλλῡτρον (Aesch. fr. 283 H.) : ex *πέδλυτρον

(v. Wackernagel KZ. 30, 294) vel *πέδ-ϝλῦτρον (Schulze p. 336). — ὕλλος: ex *ὕδ-λος (v. Curt. Et. 248), cf. ὕδ-ρα. — Hes. gll. γρύλλος (Elei ap. Nicand. fr. 122) · χοῖρος et γρύλλη · ὑῶν φωνή, cf. Att. γρῦλος γρῦλη; adde derivv. γρυλλίζω (Dor. ap. Ar. Ach. 746), γρυλλισμός (Ar.), γρυλλίων praeter Att. γρυλίζω (cf. Hes. γρυλίζοντα · γρύζοντα) et γρῦλίων (Hes. γρῦλίων · ὁ χοῖρος); quae quidem voces a R. γρυδ (Idg. *krud* v. Fick Spr. 88) ex *γρύδ-λος > *γρύσλος > γρύλλος manaverunt; cf. vb. γρύζω (ex *γρύδ-j-ω), Lat. *gru-n-d-ire* praeter *grunnire*, Germ. *grunzen*. — σκίλλα (scilla, squilla) atque deriv. uti Σκιλλοῦς Vaniček 998 ad R. σκιδ reducit. — Denique Fick Bzz. B. 1, 334 φύλακος ex *φύδ-λακος a R. *bheudh* ortum esse arbitratur.

II. De σμ in μμ adsimulatis.

1) Dialecti Thessalicae exempla. Prima detecta sunt in tit. Larissaeo (SGDI 345) l. 12 ἀμμέουν (ex *ἀσμέων), ll. 13. 14. 18 ἄμμε (ex *ἄσμε cf. Lat. *nôsmet*, Sct. *asma-t*), ll. 20. 46 inf. ἔμμεν (ex *ἔσμεν cf. Dor. ἦμεν et εἶμεν); praeterea in tit. 343 ἐμμί (ex *ἐσμί, cf. Att.-Boeot. εἰμί, Dor. ἠμί et εἰμί), in tit. Lar. (BCH 1889, 378 nr. 11) ἐμί i. e. ἐμμί metro geminatam postulante itemque ἐμ(μ)ί in tit. Thess., qui est in Fleckeiseni ann. [Fleck. J.] 1882, 522 publicatus, atque in recentiore tit. Lar. (BCH 1889, 378 nr. 1) inf. ἔμμεν; geminata sine productione vocalis reducta reperitur in ἐμί (Hermes 20, 157), ubi scriptura metro fulcitur, cf. inf. ep. ἔμεν et 1. pl. praes. ἐμέν ex *ἐμμέν = ἐσμέν, quam formam ex Callimacho citat Herodianus II, 930 Ltz.; contra in Soph. El. 21 ἐμέν pro ἐσμέν a Nauckio qui versus 20 et 21 spurios esse iudicat, iure impugnatur. Hae formae ἐμί et ἐμέν sicut Homericae ἔμεναι (bis et vicies) et ἔμεν (undecies) in analogiam formarum ἐστί et ἐστέ transgressae sunt. — Mensis Iulii nominis, cuius iam tres formae Πάναμος Πάνημος Πάνεμος (v. Meister, Curt. Stud. IV, 441 sq.) erant notae, quarta nobis suppeditatur in tit. Larissaeo (345, 10) Πανάμμοι i. e. Att. Πανήμου, quam ob conservatam geminatam omnium antiquissimam esse patet; verumtamen quae spirans labiali μ sit adsimulata, cum stirps sit ignota nondum liquet.

2) Dialecti epicae exempla: ἄμμες ἄμμι(ν) ἄμμε — ὔμμες (ex *ὔσμε- = Sct. *yušma-*, Att. ὑμεῖς) ὔμμι(ν) ὔμμε (cf. Lat. *vôsmet*, Sct. *yušmat*), cf. Meyer § 421 — ἔμμεναι, ἔμμεν praeter ἔμεναι ἔμεν (cf. in tit. Rhod. SGDI 1568 ἔμειν) iuxta εἰμί εἰμέν (Att. ἐσμέν ob ἐστί ἐστέ restitutum vel conservatum), cf. Meyer § 486. — φιλομμειδής: ex *φιλο-σμειδής a R. *smei*, cf. Slav. *smějati* (ridere); Hes. Θ. 200 φιλομμηδής in φιλομμειδής emendandum est. — ἔμμορε: ex *ἔσμορε (v. Meyer § 545. Solmsen KZ. 29, 84) a R. *smar* (v. Curt. Et. 332); attenuatio perhibetur in εἵμαρται: ex *σέσμαρται. Ad ἔμμορε adi. epic.-poet. ἔμμορος (ϑ 480. Aesch. Suppl. 86) ponendum est. Praeterea qui radicem *smar* agnoscit, is voces ἄμμορος (ap. Hom. saepius itemque ap. Hippon. 2) et ἀμμορίη (υ 76) non potest non ex *ἄ-σμορος et *ἀ-σμορία derivare. Oehler cum p. 13 ἄμμορος ex *ἄν-μορος factum esse doceat, non satis probasse mihi videtur particulae negativae etiam ante consonas formam ἀν pro ἀ usurpatam esse, duobus tantum exemplis ἄμμορος et ἀλληκτί nixus, ex quibus hoc quoque ἀλληκτί quod Hesychius tradit aliter explicari et posse et necesse esse in tertia huius quaestionis parte demonstrabitur. — G. Meyer §§ 65. 428 formas quae nunc plerumque offeruntur in carminum Homericorum textu ἁμός (noster) in ἀμμός (ex *ἀσμός), quam in λ 166 complures traduntur habere codices, et ὑμός (vester) in ὑμμός (ex *ὑσμός) et πολυπάμονος (Δ 433) in πολυπάμμονος (cf. Ω 250 Πάμμονα acc. nominis proprii Πάμμων), quae plerisque in libris manuscriptis exstat, emendandas esse non iniuria censet. — Contra geminata, utpote quae suam quasi provinciam non habeat, expellenda est in πλημμυρίς (ι 486) voce ab aliis quoque poetis recepta atque vel ab Herodoto usurpata, cuius variam eamque iustam lectionem πλημυρίς nonnulli suppeditant codices; geminatam Alexandrini demum grammatici intulerunt in vocem, quam ex *πλην-μυρίς coaluisse perperam iudicarent; immo ex R. πλη vel πλᾱ (cf. Lat. *plē-re*) et -μῦρίς (cf. Lat. *mŭria* et nescio an *mare*) eam coartatam eamque ob rem uno μ scribendam esse nostri aevi

grammatici (v. Wackernagel KZ. 30, 295; Prellwitz p. 256) pro sua argutia intellexerunt. Eadem de causa in vocibus huc spectantibus perque eundem errorem geminata instructis πλημμῦρία (Schol. Pind. iuxta πλημυρία) Πλημμῦριον (Thuc. Plut.) πλημμῦρα (Plut.) πλήμμη (Alex. iuxta πλήμη; cf. form. secund. πλήσμη in Hes. fr. 25) πλημμύρω (Archil., Alex.) πλημμυρέω (Hipp., Alex.) iustam scripturam πλημυρία Πλημύριον πλημύρα πλήμη πλημύρω πλημυρέω reponas.

3) Hesychiana exempla: ἄεμμα et ἔμμα · ἱμάτιον et γέμματα (i. e. ϝέμματα) · ἱμάτια: ex *ϝέσμα a R. ϝες (v. Curt. Et. 379), quae quin vel Lesbiacae vel Thessalicae dialecto sint tribuenda non potest dubitari; cf. formas Dor. et ϝῆμα (leg. Gort. III, 38. V, 40) = Hes. γῆμα · ἱμάτιον et εἶμα atque Att.-Ion.-ep. εἷμα. — ἔμμορος (ϑ 480) · τετευχώς praeter εἴμορος · πεπρωμένος atque ex quodam poeta Homerum imitato ἔμμορον · εἱμαρμένον et ἐμμόραντι · τετεύχασιν, cuius vocis terminatio -αντι poetam Doricum indicat. — ἀμμώχειν (cod. -χεῖν) · ἀργεῖν vocem Lesbiorum vel Thessalorum ex *ἀ-σμώχειν exortam esse puto respiciens ad glossas σμώχειν · ἐνεργεῖν μετὰ σπουδῆς et σμῶξαι · πατάξαι (Lex.). — τέμμαι · τείνει, cuius glossae alteram vocem Saussure mém. 118 adn. ingeniose in τίνι (= cui) emendavit, priorem autem cum av. *cahmāi* = Graec. *τίσμαι confert dissentiente Solmsenio (KZ. 29, 79). Hunc eundem in modum explicat Baunack (Gortyn 45 sq.) Creticum ὅτιμι (VII, 52 all.) = ᾧτινι ex *ὅ-τιμμι, *-τισμι = av. *ci-hmi*.

III. De σν in νν adsimulatis.

1) Dialecti Thessalicae exempla. Κραννούν in lingua vulgari Κραννών, urbis Thessaliae nomen eiusque incolarum Κραννούνιοι (vulgo Κραννώνιοι) quod et in titulis Thessalicis et apud scriptores Graecos haud raro legitur quin a subst. κράννα = Lesb. κράννα, Dor. κράνα (SGDI 3339), Att.-Ion. κρήνη (ex *κράσνα v. Brugm. MU. II, 173) derivatum sit, non est dubium; semel in tit. SGDI 1312 exhibetur simplici ν nomen propr. Κρανοδίκα; cf. Κρουνοί, nomen urbium in Elide et in Moesia ad Pontum sitarum, quod cum subst. ep.-poet. κρουνός (fons) = *κροσνός conferendum est. — Alius Thessaliae urbis nomen Φάλαννα vel Φαλανναία (SGDI 1329 I a 15 Φαλανναίαν) incolarumque Φαλανναῖοι (ibd. l. 11 gen. Φαλανναίουν) simili modo ex *Φάλασνα (cf. Φάλασ-άρνη) adsimulatum esse mihi videtur.

2) Dialecti epicae exempla. Primo loco enumeranda sunt illa pervulgata adiectiva epica, quae ad Homeri imitationem Aeolismi illustrandam proferri solent: ἀργεννός ἐραννός ἐρεβεννός (κελαδεννός κλεεννός φαεννός) ex *ἀργεσνός etc. (v. Leskien, Curt. Stud. II, 100 sq.); praeterea ἐΰννητος (Ω 580. Σ 596. η 97): ex *ἐΰ-σνη-τος a R. *sna*, cf. Lat. *nē-re* (v. Meyer § 246) et ἔννεον (Φ 11), quod pro ἐν(έ)νεον positum a La Rochio aliisque falso putatur; est enim ex *ἔσνεϝον adsimulatum descendens a R. σνυ vel *snu* (v. Curt. Et. 319); cf. Hes. ἔννεεν · ἐξέτεινεν et Herodiani II, 507, 22 Ltz. impf. Aeol. ἔννη (ex *ἔσνη a praes. *σνῆμι); reducta exhibetur geminata in Od. ν 109 ἀενάων (perpetuo fluens) et Hes. Pind. Att. ἀέναος: ex *αἰϝεσ(ι) + σναων (-σναος).

3) Linguae Doricae exempla. Lingua Dorica quamquam νν geminatas ex σν factas fere ad simplices solet reducere, tamen retinuisse eas videtur tum vulgo in quibusdam nominibus propriis tum apud singulos poetas paucis in vocibus ex lingua epica vel Lesbia depromptis; a) in nominibus propriis: Φάβεννος (Dittenb. Syll. 189 in titulo inter annos 216 et 189 a. Chr. exarato): ex *ΦαϝεσνόΣ, quocum conspirant Φάεννος nomen poetae cuiusdam Anthologiae atque Oenaei cuiusdam et Φαέννα (Paus.) nomen unius ex Charitibus et Φαεννίς (Paus.) nomen filiae Chaonum principis, fatidicae Dodonaeae, quae eadem et Φαεννῶ et Φαελλώ audiebat; cf. formas attenuatas atque vocalis productione suppletas Doricas Φαηνός (in monetis Argivis et Achaicis, v. Mionn [et, Descr. de méd. ant.] II, 233) atque Φαεινίς (Thuc. 4, 133), nomen sacerdotis Iunonis Argolicae, et Atticas Φαεινός vel Φάεινος (saepius). — Ἀφάνναι (Hesych. s. v. et Zenob. III, 92, vulgo Ἀφάναι), urbs in Sicilia sita: ex *ἀ-φαϝεσνός > *ἀφαεννός > *ἀφᾱννός, cf. Att. φᾱνός et Dor. φηνός (Hes.

φηνόν · λαμπρόν) ex *φαϝεσνός > φαεννός contractum. — Ἄργεννον, promunturium in Siciliae ora orientali situm : ab adi. ἀργεννός. — Φαλάνναια, urbs Cretica: ex *Φαλάσνα-ια (v. sub 1). — b) in vocibus poeticis. Alcmanis κλεννά per hyphaeresin ex κλεεννά (cf. Simon. 120, 3. Scol. 5, 1 Bgk κλεεννός) formatum mihi constat ex epica aut Lesbia dialecto receptum esse neque aliter de adiectivis ex illius ceterorumque epicorum analogia fictis ποθεννός et ἐρατεννός, quae Choeroboscus (Herod. II 509, 25) Dorica fert, iudicandum esse arbitror. Pindarus usurpat κλεεννός (quater) et κλεινός (duodecies), φαεννός (octies) et φαεινός (semel), sed tantummodo ἐρατεινός (ter) et ποθεινός (quater) similiterque alii poetae vel Homeri vel Lesbiorum usum imitati. — c) Forma Aeolica κράννα in inferioris aetatis titulo Siculo Halesi reperto (CIG 5594 a, 19) pro Dorica κρᾶνα omnino nihil probat incuriaeque ni fallor sculptoris debetur.

4) *Dialecti Ionicae exempla.* Bechtel I[nschr.] I[on.] D[ialects] rectissime docuit in Ioniae septentrionalis dialecto nonnulla nomina propria, imprimis locorum vocabula, priscas pristinorum incolarum Aeolicorum formas retinuisse, qualia sunt : Φάιεννος i. e. Φάϝεννος (Bechtel, Thas. Inschr. ion. D. nr. 18). — Φαννόθεμις (in tit. Erythraeo, Becht. IID 121). — Πελινναῖον, nomen montis in septentrionali Chii insulae parte siti, cf. nomina Πέλιννα et Φάλαννα urbium Thessalicarum. — Ἄργεννον (cf. ἀργεννός), promunturium in paeninsula Erythraea e regione Chii insulae situm (cf. Ἄργεννον promunturium et Lesbium et Troianum) et Ἄργεννος, quae est Plinio V, 37 auctore una ex insulis Trogiliis in Ionia apud Samum sitis, atque Ἀργέννουσα, urbs in Chio sita teste Plinio V, 38. Contra uno ν scribendae sunt insulae Ionicae Ἀργινοῦσαι atque mons Creticus Ἀργινοῦς, cum sint ab adi. ep. ἀργινόεις (Β 647. 656; h. Hom. 18, 2) denominata. Reiciendae igitur sunt scripturae non numquam occurrentes et ab his abscedentes, quoniam confusioni cuidam debentur, et Ἄργενον (Ptol.) Ἄργινον (Str.) Ἀργενίδας (CIG 1949) et Ἀργεννοῦσαι (Plut. prov. 107) Ἀργενοῦσσαι (Thuc. 8, 101).

5) *Dialecti Atticae et communis exempla.* a) In quibusdam verbis primariis in -ννυμι qualia sunt ἀμφιέννυμι · σκεδάννυμι ζώννυμι, quae posui omnia in particulae I p. 33, geminatae νν (ex σν) retinebantur vel cum deletae erant restituebantur coactae quasi quadam analogia („Systemzwang“) aliarum quae semper σ ostenderent formarum uti ἠμφίεσα ἠμφίεσμαι ἐσκέδασα ἐσκέδασμαι ἐσκεδάσθην ἔζωσα (cf. Brugm. MU. II, 173 sq. KZ. 27, 592. Meyer §§ 493–495). — b) Ex dialecto vel Lesbiaca vel Thessalica susceptae videntur hae voces: subst. δέννος (Hdt. Lyc.) infamia et adi. δεννός (Hes. δεννόν · κακόλογον) infamis : ex *δϝειεσ-νός > *δϝεσνός > δεννός (cf. Meister I, 139), Ion.-Att. δεινός a st. δϝειες (nom. δέος v. Vanič. 373); derivatum δεννάζω (Soph. Theogn. Lyc.). — θύννος et θύνος (thynnus) eiusque derivata compluria θυνν-άς -άζω -ίς all. vel a stirpe θυσ (ex *θυσ-νός cf. θύσ-ανος θύσ-της θύσ-θλα) vel a st. θῡν (ex θύν-νος cf. vb. θῡν-ω, Sct. *dhûn-anam*) formata sunt (cf. Curt. Et. 259. Prellwitz p. 124). — κόννος (apud scriptores Romanae aetatis), quod est cum κῶνος κωνίον cognatum, cum Slav. *kosa* et Lat. *cos (cot-is)* comparari licet (cf. KZ. 30, 350). — ὕννις et ὕννη (Plut., alii) praeter ὕνις ὕνη : ex *ὕσνι < *ϝασνι (v. Vanič. 949), cf. Lat. *vômis* (ex **vos-mis*) et Lit. *us-nìs* (v. Fick Bzz. B. 12, 162). Prellwitz p. 333 de ὗς = *sus* cogitat.

6) *Hesychiana exempla:* κάραννος · κεκρύφαλος κτλ. : ex *καρασνός, cf. κόρσ-η (Curt. Et. 142) et Sct. *çiras, çirṣ̌ṇás;* vox sine dubio est Aeolica, contra productione compensatoria utuntur Dor. κάρᾱνον (Aesch. Cho. 391) et Ion.-ep. κάρηνον. — πύννος · πρωκτός cum deriv. πυννιάσδειν · περαίνειν (perperam M. Schmidt contra litterarum ordinem πυνός πυνιάζειν in textu posuit), quam glossam πύννος collatis Lac. gl. πουνιάδδεν (cod. πουνιάζειν) et Lat. *pos-teriora* et Osc. *pos-mos* Brugmann (Curt. Stud. IV, 96) ex *πυσνός (cf. πύματος ex *πύσματος) natam esse docet, ad cuius sententiam accedunt Solmsen KZ. 29, 90 et Meyer § 88. Vox est Aeolica.

IV. Appendix. De ϝλ et ϝν in λλ et νν adsimulatis.

Rarissime indagari possunt huius adsimulationis progressivae exempla. — a) λλ ex ϝλ. Unicum perhibet exemplum Hesychius ex Laconica dialecto ἀλλανής · ἀσφαλής . Λάκωνες atque geminata reducta in Tarentinis gll. ἀλανές · ἀληθές et ἀλανέως · ὁλοσχερῶς (integer). Ταραντῖνοι; cuius adiectivi antiquissimam servavit dialectus Eliaca (v. Meister II, 24) formam ἀϝλανής (SGDI 1156, 4), qua Ahrens II, 102 quod censuit, ortum esse id ex ἀπλανής plane redarguitur. — b) νν ex ϝν. α) Dialecti Atticae et communis exempla: κοννέω (gnosco), quae vox poetica tantummodo in Aesch. Suppl. 158. 174 κοννῶ 119. 130 κοννεῖς i. e. quater in uno eodemque cantico legitur; adde Hes. gll. κοννοῦσι et κεκόννηκεν : ex *κοϝ-νέιω a R. κοϝ (v. Curt. Et. 151), cf. Lat. *cav-eo* et Sct. *kav-is* (saepius); contra Froehde Bzz. B. 17, 307 ex *κοσνέω a R. *kas* (videre). — χάννη (Arist.) et χάννος (Alex.) piscium species = Lat. hiatula : ex *χάϝ-νη *χάϝ-νος a R. χα (cf. χά-νος = χάσμα i. e. hiatus) amplificata ad χαυ vel χαϝ, cf. χαῦ-νος (hians, patens) et χάος (ex *χάϝ-ος). Utramque vocem et κοννῶ et χάν-νος (χάννη) Attici et Iones ex dialecto Lesbia vel Dorica mutuati sunt. — β) Dialectorum Doricarum exempla: Πρωννοί (CIA II 17 B, 12) gen. Πρωννῶν (in monetis ap. Head Hist. num. p. 358), urbs insulae Cephalleniae, ap. Strab. Πρῶνησος et ap. Pol. Πρόννοι eiusque incolae ap. Lycophr. Πρώνιοι et ap. Thuc. Προνναῖοι : ex *Πρωϝ-νοί, cf. Sct. *pravaṇás* (locus declivis vel praeruptus) et Graec. πρών (Hesiod. πρηών) ex *πρωϝόν vel *πρᾱϝόν. Non est igitur cur cum Schulzio p. 120 de geminatione hypocoristica cogitemus, etiamsi alia Cephalleniae urbs Κράνιοι (a κρᾶνα ex *κράσνα) simplici ν scripta reperitur. — Hesychii gl. χόννος · ποτήριον χάλκεον, quam M. Schmidt Gortyniis tribuit, aeque atque χόανος a R. χυ χεϝ χοϝ (v. Curt. Et. 204) ex *χόϝ-νος (cf. χοῦς gen. χοός) facta esse veri simillimum est.

§ 6. De explosivis π τ δ + ϝ adsimulatis.

Explosivarum ππ ττ δδ quae ex πϝ τϝ δϝ factae sunt geminatarum exempla quae rarissima exstant non solum in Lesbia Thessalica epica, sed omnibus in dialectis Graecis fere immutata perhibentur; earumque reductio ubicumque invasit plerumque aliqua analogia effecta neque usquam suppletoria vocalis antecedentis productione resarta est. Quin etiam in uno exemplo vetustior cuiusdam dialecti condicio formam δϝ non adsimulatam litteris retinuit.

I. De ππ ex πϝ adsimulatis.

Geminatae ππ panhellenicae pariter ac geminatae κκ*) panhellenicae prorsus omnes ad Indogermanicum *ku̯* referendae sunt. Cum enim in adsimulandis consonis κϝ explosiva praevalebat, geminatas gutturales κκ, cum autem spirans labialis ϝ gutturalem explosivam graviori vi et impetu afficiebat, labiales geminatas ππ ex adaequatione prodisse inter viros doctos iamdudum constat (v. Meyer § 186). De *ku̯i* vel *ku̯e* = ττι (τι) vel ττε (τε) v. sub II 2.

1) *Voces in quibus ππ geminatae fere ubique permanserint.* Notissimum pervulgatissimumque exemplum est ἵππος (ex **eku̯os* > *ἵπϝος > ἵππος), quod ducit magnam derivatorum copiam atque geminatas omnibus in dialectis retinet. — In plebiscito Attico a. 356 a. Chr. facto Λύππειος

*) Exemplis in particulae I pgg. 33 sqq. congestis adde haec: γλακκόν · γαλαθηνόν (H.) lactens: ex *γλακϝ-ός, cf. Lat. *dē-lĭcu-s, dē-lĭcu-lus* = infans lacte depulsus. — ὑστιακκός · ποτήριον ποιόν. Ἰταλιῶται, cf. Athen. XI, 500 F ὑστιακόν · ποτήριον ποιόν. Ῥίνθων (comicus Tarentinus) ἐν Ἡρακλεῖ : ἐν ὑστιακῷ : ex *ὑστι-ακϝό-ς = Wasserschöpfer (poculum) secundum Baunackii (Stud. Nicol. 18) acerrimam explicationem. — ἴκκος non solum appellativi, sed etiam nominis proprii vicibus fungitur apud Magnae Graeciae incolas. Ac tres quidem occurrunt Tarentini quibus est nomen decurtatum Ἴκκος unusque pugil Epidaurius, cuius proavos ex Magna Graecia Epidaurum advenisse mihi persuasum habeo, quoniam apud Epidaurios κϝ non in κκ, sed in ππ adsimulatum esse testatur vel ipsum nomen ἵππος, quod in titulis Epidauricis et Argivis saepius legitur.

nominatur princeps Paeonicus, qui idem in monetis Λύκκειος audit: utraque forma ab *Λύκϝειος descendit. — Fick Bzz. B. 17, 320 στύππη (stuppa) eiusque derivata στυππεῖον στύππιον στύππινος στύππαξ (ex στυππειο-πώλης decurtatum) cum Sct. stúkâ (villus) confert idque recte: Graecum igitur στύππη quin ex *στύκϝα *στύπϝα concreverit, vix debet dubitari. — Nomen Boeoti cuiusdam ϝιππίξενος in cippo Tanagraeo (SGDI 928) exaratum Meister KZ. 31, 309 a R. ϝικ (cf. ϝοῖκος) ex *ϝικϝο > *ϝιπϝο = Sct. viçva („beherbergend") deducit, ut sit ϝιππίξενος = ξενοδόκος hospitem (libenter) accipiens, atque bene comparat nomen Argivi cuiusdam quod a Polybio suppeditatur Βίππος (ex *ϝίππος) hypocoristico more ex ϝιππόξενος decurtatum. — Denique adde Lesbiorum Aeolicum subst. ὄππα (Sapph. ὄππατα) : ex *ὄκϝα > *ὄπϝα > ὄππα; contra apud Tarentinos ὄκκος (cf. Hes. ὄκκον · ὀφθαλμόν) : ex *ὄκϝος.

2) *Voces in quibus geminatae vulgo ad simplices sint reductae.* Praeter Lesbiorum Aeolicam (v. Meister I, 116) sola epica dialectus geminatas iuxta simplices habet hisce in pronominibus et adverbiis relativis et interrogativis generalibus: ὅππως ὅππῃ ὁππόθι ὁππόθεν ὁππότε ὁππόταν ὁππόσος ὁππόσε ὁππότερος ὁπποτέρωθεν ὁπποῖος; quae formae natae sunt ex *svod-ku̯o > *ϝο-πϝο > ὅππο etc. Wackernagel KZ. 27, 89 geminatas ππ ex δπ (*ὅδ-πως) adsimulatis prodisse opinatur eique assentitur Meyer § 186, sed iniuria; neque enim ullum huiusmodi adsimulationis in lingua Graeca exstat exemplum panhellenicum; praeterea cf. quae sub II 2 de ὅττι forma disseram. Cur autem in plerisque dialectis hae voces simplici tantum π utantur, facile ex eo intellegitur, quod pronomina et adverbia quae eis respondent interrogativa πότερος πότε alia et indefinita ποτέ alia ex *κϝότερος > *πϝότερος > *ππότερος > πότερος et *κϝοτε > *πϝοτε > *ππoτε > πότε(ποτέ) pro Graecae linguae indole, quae in vocum fronte geminatas aspernabatur, simplicibus consonis π ubique semperque et pronuntiabantur et scribebantur. — Adi. epico-poeticum ἄπιος vetusque Peloponnesi nomen Ἀπία eiusque herois eponymi Ἆπις atque nomina propria Ἀπιδανός Ἀπιδών Μεσσ-απία Μεσσ-άπιοι Μεσσ-άπιον ὄρος Μεσσ-απέαι Μέσσ-απος Μέσ-απιος iam Curtius Et. 462 sq. suo iure ad stirpem *ἀκϝο > *ἀπϝο > *ἀππο (cf. Idg. *ak-va*, Lat. *aqua*) rettulit.

II. De ττ ex τϝ adsimulatis.

Explosiva tenuis τ et spirans labialis ϝ non adsimulantur nisi in ττ; ubi σσ pro ττ conspicitur, ex analogia demum est inductum.

1) *Voces in quibus geminatae fere ubique permanserint.* In dubitationem vocari nequit originatio nominis numeralis Att. τέτταρες, Doridis septentrionalis τέτταρες (saepius in tit. Delph.), Boeot. πέτταρες : ex *qu̯etu̯ares > *ππέτταρες vel *ττέτταρες (v. sub 2) > πέτταρες vel τέτταρες. In dialectis Ionicis et antiquiore (Hom. τέσσαρες, -α) et recentiore (Hdt. et titt. τέσσερες, -α) atque Attica recentiore (τέσσαρες, -α) et in lingua communi (τέσσαρες, -α), cuius vim in plurimis titulis dialecticis uti in Lesb. (SGDI 255, 27) et in tab. Heracl. (C² 41, 50) τεσσαράκοντα, in tit. Delph. (SGDI 1695) τέσσαρες, Arcad. (Fouc. 352 n) τεσσεράκοντα hoc ipsum numerale ostendit, permultae quae duplex σ exhibent voces huius unius vocabuli eiusque derivatorum primarias ττ geminatas submoverunt (cf. Meyer § 400). Forma Dorica quae praeterea traditur τέτορες ex *qu̯etu̯ores > *ττέττορες > τέτορες et Lesbia πέσυρες epicaque πίσυρες ex *qu̯etures > *ππέτυρες > πέσυρες vel πίσυρες descendunt (v. Meyer l. c.). Si τέτορες omittimus, uno τ exaratum reperitur in tit. Argivo (Fouc. 352 n) semel τεταράκοντα (cf. formas a τετρα- = *qu̯etu̯r- > *τετϝρ- incipientes) atque uno σ saepius in tit. Delphicis τεσάρων (W.-F. 150, 5. 300, 4. 303, 7). Sed diiudicari nequit, utrum simplex τ vel σ pronuntiatum sit necne. Quod apud Hesychium πέσσυρες πέσσυρα geminatam habet pro simplici, minimi est momenti, siquidem iam ordo litterarum simplex σ non abnuit. Atque facillime per grammatici ipsius aut scribae errorem alterum σ irrepere potuit.

Stirpi numeralis πέτταρες Baunack, Stud. I, 18 adiungit nomen Thessaliae eiusque incolarum Graecum *Πετταλία *Πετταλός = *Πετθαλία Πετθαλός (SGDI 345, 14. 18) atque nominis proprii eodem spectantis Πέτθαλος (ibd. 345, 55. 1329 I a, 29), fem. Πετθάλα (C² 408), adi. Πετθάλειος (SGDI 345, 1. 1281); geminata τ reducta habetur in nomm. propr. Πεταλίας (345, 60. 70) cum adi. Πεταλίαιος (ibd. 60. 77. 90. 91), Πεταλιαία (355), Πεταλλίς (ibd.). Porro ex *Πετταλός transformata sunt Φετταλός (tit. Phalann. Fick Bzz. B. 5, 325) et Φέτταλος (tit. Boeot. SGDI 708, 8) vel Φέταλος (906), deinde Att. Θετταλία Θετταλός, denique commutatis inter se ττ et σσ geminatis (cf. τέσσαρες pro τέτταρες) in lingua Ionica et communi Θεσσαλία Θεσσαλός.

A stirpe *πιτυ (pinus) idem Baunack (Stud. I, 19 adn.) censet descendere etiam nomina propria Πίτταλος (ex *Πίτϝ-αλος) et Πιττακός (ex *Πιτϝ-ακός) eorumque hypocor. Πίττας, tum aspiratione addita Πιτθεύς Πιτθίς Πίτθος Πιτθώ Πιτθιάδας vel aspiratis ad simplicem redactis Πίθακος Πιθεύς Πίθος Πίθων Πιθούνειος (tit. Thess. SGDI 326 III, 34), denique labiali in fronte aspirata Lesb. Φίττακος (v. Meister I, 120) et Φίθων (SGDI 850. IGA 248).

Deinde dubito an nomen pr. Thess. Βατθέκας Baunackio (Stud. I, 21) duce ex *Βαθϝ-έκας a st. βαθύ (cf. Βάθιππος) derivem; seiungendum vero est nom. propr. Mysicum sacerdotis Cybeles deae Βαττάκης (Diod. Sic. 36, 13. Pol. 21, 37), cuius speciem hypocoristicam nom. pr. Caricum Βάτων (Ditt. Syll. 6, 38) et Βατίων (ibd. 77, 11) suppeditat. — Aliud nom. pr. Thess. Λατταμυίας (Plut. Call. 19) ex *Λατϝαμυίας („Fliegenklatscher") a v. μυῖα (musca) et *λάτϝα > λάττᾱ, quod est imp. praes. verbi *λαττ-άω (ex *λατϝ-άω) = *λατύ-ω, λατύ-σσω (ferire), natum esse crediderim eique Aetoli cuiusdam nomen Λάτταβος (Poll. IX, 34. tit. Delph. 285, 3 W.-F.) instar hypocoristicorum transformatum adiunxerim.

Denique duo addam substantiva, quae dubia mihi videntur: κίττανος · ἡ κονιακὴ τίτανος (H.), quod Fick Bzz. B. 5, 352 a R. κιτ (cf. Sct. *cit-ra*) in *κίτ-ϝανος aucta profectum esse suspicatur, et κύτταρος (H.) caverna, quod -ϝαρο suffixi auxilio a R. κυτ (cf. Curt. Et. 156 κύτ-ος et κύσ-θος; Lat. *cuturnium* ex **cutvorniom*) fictum videtur atque apud Hippocratem et Galenum (κύσσαρος = ānus) secundarium σσ ascivit.

2) *Voces in quibus geminatae vulgo ad simplices sint reductae.* Quaedam exstant voces, in quibus pleraeque Graecae linguae dialecti litteras Indogermanicas vel panhellenicas *qu̯i* et *qu̯e* non solum in *ππι et *ππε (v. sub I), sed palatali palatalium vocalium ι et ε appulsu atque attractione iam uno quasi gradu promoventes in *ττι et *ττε converterint; qui litterarum complexus quia ubicumque in vocum fronte vel post consonantes collocatus erat pro linguae Graecae ingenio ad τι et τε (v. Meyer § 189)*) redigendus fuit, nisi in formis pronominis relativi et interrogativi generalis ὅττις ὅττι vel potius ὅττις ὅττι coniunctionisque inde derivatae ὅττι (ὄττι) non potuit residere. Cum autem pronomina quae ad illud referuntur et interrogativum τίς τί et indefinitum τὶς τὶ continuo simplici τ pronuntiarentur, factum est, ut ex eorum analogia ductum pronomen ὅττις ὅττι quoque paene ubique attenuaret geminatas, quae excepta dialecto Lesbia (v. Meister I, 136 sq.) non servatae reperiuntur nisi in hisce paucis epicae dialecti exemplis: ὅ,ττι (ο 317) ὅττεο (α 124. χ 377) ὅττευ (ρ 121) iuxta ὅ,τι (saepius) ὅτευ (ρ 421. τ 77) ὁτέῳ (saepius) all. — ὅττι (saepenumero) praeter ὅτι = quod („dass", „weil"). Ortum est ὅττι(ς) ὅττι ex panhellenico *svod* + *qu̯i* vel *jod* + *qu̯i* > *ϝοδ + ττι > ὅττι(ς) > ὅτι-ς (v. Meyer § 440 similiterque Brugmann MU. IV, 407 sq. ex *ὅ-k̑u̯i). At geminatas ττ ex adsimulatione dentalium δτ vel τ-τ (*ὅδ-τι vel *ὅτ-τι) factas esse vix quisquam Meyero (§§ 186. 277. 440) credet, qui illam Graecae linguae consuetudinem dentales δτ ττ θτ concurrentes in στ dissimulandi spectaverit, quam iam linguae panhellenicae atque adeo

*) Exemplis a Meyero congestis addenda sunt ex dialecto Cretica: in leg. Gort. IV, 52 ὀτείαι i. e. ὁποίᾳ : ex *ὀ-ττϝείαι et Hes. τεῖον · ποῖον . Κρῆτες : ex *τϝεῖον.

Indogermanicae (v. Brugm. MU. III, 131 sqq.) temporibus viguisse satis multa docent exempla. Contra ea neutrius *σϝοδ (*joδ) dentalem δ perinde atque omnes dentales iam prima linguae Graecae aetate abiectam esse tantum abest, ut negemus, ut fidem habere res cogant. Reuter, dial. Aeol. I, 60, qui Lesb. masc. ὄττις ex ὄσ-τις (qua de forma prorsus diversa v. Meyer § 440) adsimulatum esse putat, iam eo revincitur, quod in dialecto Aeolica consonantes στ ubique immutatae permanserunt. Denique Curtii (Et. 482) doctrinae, quae etiamnunc multis in libris pervulgatur, ὄττι κτλ. ex *ὅ-κjι > *ὅ-τjι natum esse adversatur id quod τj vel τι̯ litterae in dialectis et epica et Lesbia non adaequabantur nisi in σσ (v. part. I p. 35 sub I a et Meister I, 134); quae adaequatio ipsa agnoscenda est in nominativo et accusativo pluralis neutrius ἅσσα (*K* 410 in versu spurio) pro ep. ὅτινα (*X* 450), qui secundarie ex *ἅ-τι-α > *ἅ-τι̯α > ἅσσα (Att. ἅττα) prodierunt; cf. indef. ἄ-σσα (τ 218): ex *(ἀ)-τι-ά > *(ἀ)-τι̯ά > *(ἀ)σσά > ἄσσα (Att. ἄττα); v. Meyer § 439.

III. De δδ ex δϝ adsimulatis.

Cum vocabulorum in quibus olim δ + ϝ concurrebant paucorum fere omnia has consonas in fronte haberent, factum est, ut geminatas δδ ex δϝ conformatas reservare non possent, sed simplices redderent eorumque exemplo ducta cetera quoque vocabula mature dimitterent geminationem, quam quidem dialectus epica sola mediis in vocibus retinuit.

1) *Exempla vera.* Radicis δϝι, cuius antiquissima haec species etiamnunc exstat in nomine proprio Δϝεινίας (tit. Corinth. IGA 15) et in Hesychii glossa δεδϱοικώς · δεδοικώς per scriptoris vel scribae errorem ϱ pro ϝ (δεδϝοικώς) exhibente (v. Meyer § 237), in libris Iliadis et Odysseae manuscriptis sive omnibus sive singulis ad nos incorruptae pervenerunt hae formae δδ geminatas afferentes: ἔδδεισας ὑπέδδεισαν ὑποδδείσας ὑποδδείσαντες πεϱιδδείσας, adi. ἀδδεές. Quibus in exemplis tantum abest, ut cum Bekkero carminum Homericorum editore simplicem δ consonam intrudamus, ut in quibuscumque huius stirpis vocibus codices productionem compensatoriam quae eis debetur nulla (v. exordium huius paragraphi et cf. formas singulas uti Ω 663 δε̆δῐ́ᾱσιν, β 66 ὑπο̆δείσατε) perhibent, Meyero duce (§§ 552. 559) genuinam scripturam δέδδοα δέδδιμεν δέδδιϑι δεδδίμεν δεδδιότες ἐδέδδισαν reponamus pro falsa δείδω δείδιμεν δείδιϑι δειδίμεν δειδιότες ἐδείδισαν. Eadem de causa eundemque in modum pravae codicum lectiones ϑεουδής, quae vocis figura vel a compositionis legibus abhorret, et εἶδαϱ reficiendae sunt in ϑεοδδής (cf. Schol. Pal. ad ζ 121 ϑεοδεής) et ἔδδαϱ: illud enim passum et adsimulationem et hyphaeresin (v. Meyer § 151) ex *ϑεο-δϝεής, hoc ex *ἔδϝαϱ (cf. Sct. *advan* i. e. edens) manavit.

2) *Exempla falso huc relata.* In carminibus Homericis adverbii ἄδην ponitur prima syllaba et producta (*E* 203) et correpta (*N* 315. *T* 423. ε 290). Sed in duabus formis verbi cum ἄδην evidenter cognati ἁδήσειε (α 134, h. Ap. 9. 11) et ἁδηκότες (*K* 98. 312. 399. 471, h. Ap. 460) fere syllaba producitur. Quibus igitur locis syllaba est producta, nonnulli libri manuscripti litteram δ geminatam exhibent, quem usum virorum doctorum alteri, imprimis ducibus Apollonio et Aristarcho (v. Herod. ad *E* 203 et *Λ* 88) Buttmannus in Lex. II, 129. 232, falsum iudicant, alteri primarium esse contendunt; sed ut alios omittam errant et Curtius Et. 632 qui ἄδην ex *ἄδι̯ην, et Kretzschmer KZ. 31, 295 qui ᾰ̆δην ex *ᾰ̆δϝην (a st. *ᾰ̆δϝο) profectum esse probare conantur; nam quin δι̯ in ζ mutari debuerit, non est dubium; atque δδ consonae ex δϝ ortae si ad simplicem δ abissent, eas vocalem praecedentem non fuisse producturas satis superque docuisse mihi videor. Neque vero omnino est quod δ duplicemus, cum radicis *sā* (satiare) unde illae voces descendunt vocalem *a* ab initio esse longam (cf. inf. ᾰ̆-μεναι *Φ* 70) constet. Ab illa radice *sā* suffixa adverbiorum terminatione δην formatum est ᾱ̆-δην sicuti βάδην a R. βα, μίγδην a R. μιγ al.; atque ab ᾱ̆-δην fictum est vb. *ᾱ̆δέω (aor. ᾱ̆δήσειε pf. ἀδηκότες) uti ab advv. βάδην vb. βαδ-ίζω, μιγάδην (Nic. al. 349) vb. μιγάζομαι (ϑ 271. Orph. 341), αὐτοσχεδίην vb. αὐτοσχεδιάζω (Hom.) all. Denique in adv. ᾰ̆δην prima syllaba

correpta eandem prae se fert speciem quam subst. ᾰ̆δος (*Λ* 88) satietas (cf. La Roche, Hom. Textkr. 179 sq.) neque est cur Schulzium p. 452 sq. audiamus, qui formas cum vocali brevi secernens ᾰ̆δην ex *ἀ-σᾰ́δην (= insatiabilis) natum esse opinatur et ᾱ̓δήσειε ᾱδηκότες in ἀηδήσειε et ἀϱηότες immutat.

Caput III.

De geminatione quae universa lingua Graeca iam disiuncta in singulis demum dialectis exstitit.

Geminatio consonarum, de qua hoc capite verba facturus sum, fere prorsus in regressiva quae dicitur adsimulatione posita est; progressiva autem sequenti in quaestione adsimulatio, quae quidem certorum exemplorum testimoniis confirmetur (cf. § 3 ϱϱ ex ϱι̯ et ϱσ adaequatum), in lege panhellenica (v. capitis II § 4. 6) nititur, quae singulis in dialectis non est abolita, sed integra retenta. Contra alia progressivae adsimulationis exempla, qua consonae σσ ex στ et σδ — λλ ex λμ — ϱ(ϱ) ex ϱδ — μμ ex μβ et μν coaluisse videantur, cum omnino rarissima tum ancipitia ac plurimam partem perincerta esse docebimus. Quae geminatio cum non sit omnium dialectorum communis, sed in una alterave nec fere in omnibus eiusdem generis vocibus incedat, nulla politioris orationis eius qua in libris conscribendis utebantur scriptores ratione habita, in cotidiano vulgi sermone enata est eamque ob rem paene solis ex inscriptionibus singularum Graeciae gentium dialecticis, quarum sermonis proprietates nondum erant lingua communi quasi correptae et perturbatae, atque aliquatenus ex glossematis grammaticorum Hesychii Suidae aliorum cognoscitur.

Tum haec secundaria a primaria adsimulatione eo differt, quod geminatae quae fiunt nunquam fere aut ad simplices reducuntur aut, si aliqua attenuatio locum habet, productione compensatoria resarciuntur. Quod autem in titulis, praecipue in vetustioribus, geminatarum loco simplices perhibentur, non loquendi, sed scribendi ratione continetur. In antiquioribus enim inscriptionibus geminatae litterae fere simplicibus denotari solebant, qui usus etiam in recentioribus haud raro invenitur (cf. Meyer § 287). Attici quidem tituli primum geminatarum exemplum temporibus Pisistrati minoris (527—510 a. Chr.) in voce Ἀπόλλωνος tradunt, sequenti vero aetate, cum litterae Athenis florebant, notatio geminatarum non omittebatur nisi interdum in vocabulis barbaris atque in verbis a littera ῥ incipientibus, si augmentabantur, reduplicabantur, componebantur; sed a Romana aetate inscriptiones Graecae denuo sibi non constant in describendis geminatis (cf. Meisterhans, [Grammatik d. att. Inschr.] p. 71 sqq.).

§ 1. De Σ geminata.

I. De spirantibus σσ ex τσ adsimulatis. Exempla non occurrunt nisi rarissima in praepositione κατά apocopata eaque sunt: a) Laconica: bis in titt. Lac. κὰς σηϱάτοϱιν (C[2] 36, 14. 37, 1), quod hominum doctorum alii falso ex κατ(ὰ) ϑηϱάτωσιν, alii recte ex κατ(ὰ) ϑηϱατόϱιον (v. Baunack Rh[einisches] Mus[eum] 1883, 293) transformatum esse putant. — κάσσει · κα[τά]ϑες (H.): ex *κατάϑεε (cf. *Α* 291 πϱοϑέουσι) > *κάτϑει > *κάτσει (cf. Ar. Lys. 1081 Lacon. σέτω pro ϑέτω), denique adsimulatum κάσσει. — b) Epica. Geminatae σσ utpote quae ante consonam essent positae, attenuationem tulerunt in κάσχεσϑε (*Λ* 702) = κατ(έ)σχεσϑε et καστοϱνῦσα (ϱ 32) = κατ(α)στοϱνῦσα; cf. Alc. 102 καστάϑεις = κατασταϑείς et Sapph. 23 κασπολέω ex *κατ(α)σπολέω. — c) Atticum. Vb. κασσύω vel καττύω (consuo) vulgo ex *κατ-σύω i. e. κατα-σύω (v. Curt. Et. 385. Meyer § 284) ortum esse putatur, cui opinioni utique utrumque illud obstat et quod ab Atticismo apocope praepositionum prorsus abhorrebat et quod σσ ex τσ natum in lingua Attica semper ad simplex σ reducebatur; quare

nihil relinquitur nisi ut vocem ex alia quadam atque nescio an ex Boeotica dialecto una cum arte sutrina receptam esse opinemur.

II. De spirantibus σσ ex στ adsimulatis. Voces quibus huiusmodi adsimulatio a viris doctis attribuitur omnes sunt valde dubia origine atque cum Graecae linguae dialecti στ litteras conformare non sint solitae nisi in ττ (v. § 6), alia explicandi via est quaerenda. — a) Baunack, Curt. Stud. X, 75 tria ex Hesychio affert exempla: ἔσσον · ἱμάτιον — κάσσον · ἱμάτιον — ὕεσις · στολή . Πάφιοι, quae ex *ϝέστον — *κά-ϝεστον — *ϝέστις facta esse docet. At ex *ϝέστον fit ϝέττον (cf. Hes. βέττον in gl. βέστον · τὸ ἱμάτιον ὑπὸ Λακώνων, οἱ δὲ βέττον); ac subst. κάσσον · ἱμάτιον παχὺ καὶ τραχὺ περιβόλαιον similiter atque κασσᾶς · ἀμφιτάπης, id quod Hesychii explanatio ipsa indicat, ad longe aliam stirpem *kas* (cf. Vanič. 149) referendum est, ut sit ex *κάσϝον ortum; cf. Lat. *caritores* (lanarii qui lanam *carunt* (ex **casont*), carpunt, dividunt: Gloss. Papiae). — Denique ὕεσσις ipse Baunack ex *ϝέσ-σις (equidem praeferam *ϝέσ-ϝις) natum esse mavult. — b) Legerlotz KZ. 7, 238 sqq. Κασσιέπεια et Κασσιφόνη cum Καστιάνειρα (ex *Καδ-τι-άνειρα) componit; quamquam omnes tres voces a R. καδ (praecellere) descendunt, tamen illae ab aoristi stirpe κασσ- ex *καδσ- (aor. *ἐκασσάμην, cf. 2. sg. pf. κέκασσαι ι 82) deducendae sunt pariter atque Κάσσανδρος et Κασσάνδρα, quarum utraque et in servanda et in neglegenda geminata cum dentalium stirpium aoristis sigmaticis conspirat. — c) Quod Thraciae flumen Νέστος, cui hodie nomen *Mesto* est, a scriptoribus Νέσσος quoque dicitur, eo explanatur quod cum illius Centauri nomine Νέσσος (in vasc. Att. Νέτ(τ)ος, v. Δελτ. ἀρχ. 1890, 31), cuius σ hypocoristicorum more duplicatum est, per errorem confundebatur.

III. De spirantibus σσ ex σδ adsimulatis. In tit. Argivo (SGDI 3277, 11) βωλᾶς σευτέρας = Att. βουλῆς δευτέρας et in Epidaur. (ibd. 3325,91) Θιόσσοτος pro *Θιόζοτος (cf. in tit. Boeot. SGDI 1043 Θεόσζοτος) praeter Θεόδοτος (ibd. l. 9) legitur. Quae scriptura si modo Argivorum pronuntiationi respondet, geminam σ-δ = ζ in spirantem sonoram *z* (*zz*) transisse atque eandem interdum littera σ (σσ) significatam esse demonstrat.

IV. Appendix. De ζζ (vel ζ) ex τζ adsimulatis. In tit. Eliaco (SGDI 1151, 19) exhibetur καζαλήμενον i. e. κα(ζ)ζαλήμενον ex *κατ-ζαλήμενον = Att. καταδηλήμενον atque Arcadibus Hesychius attribuit κάζελε i. e. κά(ζ)ζελε pro κατέζελε in gl. καζέλη · κατέβαλε. Ἀρκάδες, quam Meister II, 106 καζέλη · καταβάλη legit; cf. gl. ζέλλειν · βάλλειν et Tegeat. δέλλω (SGDI 1222, 49 ἐσ-δέλλοντες) = βάλλω.

§ 2. De Λ geminata.

I. De λλ ex τλ adsimulatis. a) Dialecti epicae exempla. Praepositionis κατά apocopatae littera finalis τ adsimulabatur in formis: καλλείπειν (Κ 238) καλλείψω (ν 208) καλλείψειν (Ξ 89) καλλιπέειν (π 296), κάλλιπ' (ε 344) = κατάλιπε, κάλλιπον κάλλιπες κάλλιπε(ν) cum κάλλιπ' κάλλιφ' (duodecies) — κὰλ λαπάρην (Ξ 447. 517 ex cod. Ven.). Item ex epici usus imitatione ponunt Archilochus 5, 1 κάλλιπον et Solon 23 καλλείποιμι. — b) Dialecti Cypricae exemplum: κάλεχες· κατάκεισο (cod. καλέχες· κατέκεισο). Πάφιοι (H.) pro κάλλεχες ex *κατάλεχες; cf. Meister II, 276. — c) In Arriani exp. Alex. 3, 22, 74 τιτλάρια (i. e. tabulae litterariae) exstat, pro qua forma nonnulli libri manuscripti depravatam ιλλάρια habent; vox est derivata a vocabulo ex lingua Latina recepto τίτλος (N. T.) = *titulus*, cf. Hes. τίτλος · πτυχίον ἐπίγραμμα ἔχον i. e. tabula litteraria; praeterea conferas voces Κάτλος, Λέντλος pro Lat. *Catulus, Lentulus* usurpatas.

II. De λλ ex νλ adsimulatis. a) Exempla vulgaria. Adsimulationem nasalis ν ad liquidam λ sequentem, quae in sermone cotidiano erat pervulgata, iam in part. I p. 28 sq. tractavi exemplisque ex titulis Atticis depromptis, quae omnia nunc in Meisterhansii gramm. p. 86 congesta reperiuntur, illustravi; ex aliis dialectis huc iam addam: α) ex Laconica: ἐλ Λακεδαίμονι

(C[2] 27, 14) — β) ex Argiva: in tit. Epid. (SGDI 3339, 105) τὸλ λίθον — ibd. 3340, 2 ἐλ Λακεδαίμονι — γ) ex Ionica: in tit. Halicarn. (Becht. IID 240) ἐλ Λυρισσῷ (ter) iuxta ἐν Λυρισσῷ (semel) et ἐν Λίδῃ. — b) Exempla singularia. Ad singulas tantummodo dialectos pertinet haec adsimulatio in praepositione ἀνά apocopata eiusque exstant exempla: α) epica: ἄλλεγον (Ψ 253) pro ἀνέλεγον — ἀλλέξαι (Φ 321) pro ἀναλέξαι — ἀλλύεσκεν (β 205) pro ἀνελύεσκεν — ἀλλύουσαν (β 209) pro ἀναλύουσαν — β) Eliacum: (συν)αλλύοιτο (SGDI 1151 bis) = (συν)αναλύοιτο — γ) Cretica: ἀλλυέθθαι (Gort. II, 30) = ἀναλύεσθαι — ἀλλυσήται (II, 34) = ἀναλύσηται — ἀλλυσαμένῳ (VI, 49) = ἀναλυσαμένῳ — δ) Cypricum: Ὀλάω i. e. Ὀλλάω pro Att. *Ανάλεω (cf. Meister II, 263) — ε) Delphicum: ἀλλαθεάδες (SGDI 1731. 1775. 1796), quod Baunack ab ἀν = ἀ priv. et R. λαθ (oblivisci) ex *ἀν-λαθ-εάδες („Erinnerungsfeierlichkeiten") ortum esse docet, sed vehementer dubito, num iure doceat (cf. quae dixi de ἀν privativo in pg. 16) — ζ) Hesychianum: ἀλλύει · ἀναλύει — η) Romanum: nomen propr. *Manlius* a Graecis vulgo Μάλλιος et Μάλιος, raro Μάνλιος et Μαίλιος pronuntiabatur.

III. De λλ ex σλ adsimulatis. Haec geminatio, quae in prima tempora panhellenica valebat, posteriore scissae linguae aetate non usu veniebat nisi in singulis singularum dialectorum vocibus: a) in commissura vocum: in titt. Cret. ἐπὶ τοῖλ (i. e. τοῖς) λείονσι (Gort. V, 32) — τίλ (i. e. τίς) λῆ (Gort. X, 33) — τοῖλ Λατωσίοις (MAI 1885, 92). — in tit. Lacon. ἐλ (i. e. ἐς) Λακεδαίμονα (C[2] 26, 8). — b) in dialecti Creticae vocibus cum praep. ἐς (*ex ἐκς consona κ elisa) compositis: ἐλλιποίεν (C[2] 117, 4): ex *ἐσ-λιποίεν — ἐλλείπων (CIG 3047,16): ex *ἐσ-λείπων — ἔλλυσιν · ἔκλυσιν . Κρῆτες (H.). Has geminatas λλ ex σλ, non ex κλ coaluisse vel eo evincitur, quod in dialecto Cretica similiter atque in ceteris κλ immutatum permansit, cf. leg. Gort. III, 8 Ἀμυκλαῖον; V, 27 κλᾶρος — c) in Hesychii glossa: ἐλλόν · ἀγαθόν, cf. Dor.-Aeol. ἐσλός = ἐσθλός (Hes. ἐσλῶν · ἀγαθῶν); glossam M. Schmidt Cretensibus vindicat. Spectat huc praeterea gl. ἐλλοπιώ · ἀγαθήν. Alias ἐσλός non mutatur (v. Meyer § 267).

IV. De λλ ex γλ adsimulatis. Unum exstat exemplum in Locrensium dialecto ἐλιμένος (tit. Oeanth. SGDI 1479) geminata simpliciter scripta pro ἐλ λιμένος ex ἐγ λιμένος (cf. tit. Oeanth. 1478, 15 ἐγ Ναυπάκτω) = Att. ἐκ λιμένος; cf. in eodem titulo ἐτᾶς i. e. ἐτ τᾶς ex ἐκ τᾶς.

Additamentum. Singula suppeditantur ab Hesychio ex dialecto Cretica glossemata, in quibus liquidae λλ contra omnem Graecae linguae morem ex χλ et λμ adsimulatae esse creduntur; alterum ἄμαλλος [· πέρδιξ . Πολυρρήνιοι] Voretzsch inscr. Cret. p. 12 ad voc. ἄμαχλος (χλ > κλ > γλ > λλ) revocavit, alterum ἀλλάθαρον [· ἁλμυρόν . Κρῆτες] Helbig dial. Cret. p. 23 ex ἀλμάθαρον explicare conatur.

§ 3. De Ρ geminata.

I. De ρρ ex ρι̯ vel ρε̯ adsimulatis.

Non solum in Lesbia et Thessalica, sed etiam in Attica dialecto aliisque quibusdam haud raro vocales palatales ι et ε post ρ positae, cum efferebantur syllabae ρι ρε, secundarie per synizesin in semivocales ι̯ et ε̯ (cf. Meyer §§ 146. 151) transierunt et syllabae ρι̯ et ρε̯ = ρj pronuntiatae secundum illam legem panhellenicam (v. cap II § 2) nonnumquam in ρρ coaluerunt. Atque si hae ρρ geminatae post aliam aliquam consonam ponebantur, de integro vocalem ε (v. Meyer § 31) ante sese excitabant. — a) Ad Lesbiaca exempla huc pertinentia quae collegit Meister I, 142 περρέχειν πέρροχος περρεθήκατο ἀλλότερρος μέτερρος κόπερρα Πέρραμος ex *περι̯-έχειν *μέτρι̯ος etc. addendum est Lesbium mensis cuiusdam nomen Ἀγερράνιος (v. Ber. d. Berl. Âc. d. W. 1889, 376), qui idem a Cois nominabatur Ἀγριανιός. — b) Aliarum dialectorum exempla sunt: α) Thessalica: bis in tit. Lar. (SGDI 345, 20. 46) κύρρον: ex *κύρι̯ον pro κύριον, quod in alio tit. Lar. (BCH 1889, 378) re vera legitur — in tit. Mondaeat. (SGDI 1557) τοῖ ἀργύρροι i. e. τῷ ἀργυρίῳ, contra in tit. Lar. (BCH 1889, 378 l. 10) ἀργυρίοι i. e. ἀργυρίου. — β) Macedonicum:

Ἄγερρος (Arr. 3, 23, 9) Macedonis cuiusdam nomen, = Ἄγριος h. e. hypocoristicum nominis quod plenum nescio an Ἀγριόπης vel simile quoddam fuerit. — γ) Hesychianum: Καύστερρος · Καύστριος, quod Lesbiis M. Schmidt ascripsit. — δ) Attica: βορρᾶς eiusque derivata : ex *βορέ̯ας pro antiquiore βορέας (CIA I, 321, 29), de qua forma cf. Meisterhans p. 77, neque vero est cur cum eodem formam βορρᾶς ex lingua Dorica susceptam esse arbitremur. — στερρός (primo apud tragicos, deinde etiam apud historicos) iuxta στερεός (Hom. et scriptt. Att.) : a R. *ster* (v. Prellwitz p. 301) ex *στερεός > *στερjός; ab eadem radice descendit adi. masc. στεῖρος fem. στεῖρα : ex *στέρι̯ος στέρι̯α, cf. Lat. *steri-lis*, Sct. *start*. — ε) Doridis septentrionalis: Τιθόρρα (SGDI 1515 a b) bis praeter Τιθόρα (ibd. c) ρρ reducto iuxta vulg. Τιθορέα, quae est urbs in Phocide ad Parnassum sita : ex *Τιθόρε̯α, eiusque incolarum nomen sg. Τιθορρεύς (in tit. Delph. BCH 5, 42) : ex *Τιθορεεύς, sed pl. Τιθορεῖς (contractum ex Τιθορεεῖς). — Eundem in modum explanandum est nom. app. Θυρρείου (SGDI 1379. Le Bas II, 17, 1022) pl. Θυρρέων et Θυρρήων (sic semper in nummis, cf. Mion. II, 85; supl. III, 472) : ex *Θυριεύς *Θυρι̯έων > *Θυρjέων (cf. Xen. Hell. 6, 2, 37 Θυριεύς, Θυριεῖς) ab urbis in Acarnania sitae nomine Θύριον vel Θύρεον (Lat. *Thyreum*), quam Polybius respiciens ad Magnae Graeciae urbem Θούριοι falso Θούριον appellat.

II. De ρρ ex ρσ adsimulatis.

Ea quae iam aetate panhellenica valebat lex adsimulandi consonas ρσ ad ρρ diversis in dialectis plus minusve efficax permansit, ita tamen, ut praeter ceteras in Attica omnes voces vernaculae huic adsimulationi cederent (v. Meisterhans 76 sq.) exceptis dativis pl. 3. decl. in -σι uti χερσί exeuntibus et substantivis suffixo -σις veluti κάθαρσις utentibus, quae analogiae auctoritate quasi munitae immutationi restiterunt. Huius vero temporis exempla ab illis antiquissimis eo differunt, quod cum illa in omnibus praeter Lesbiacam Thessalicam epicam dialectis tempore geminatis ad simplices reductis productionem suppletoriam assumpsissent, hae duplices ρρ consonas immutatas retinuerunt; nam ubicumque in titulis simplex ρ legitur, id ei quam supra demonstravimus scribendi incuriae vel parsimoniae quasi cuidam est tribuendum.

1) Dialecti Atticae exempla. In titulis iam antiquissimis non reperiuntur nisi formae adsimulatae; ex scriptoribus ab hoc usu tantummodo secesserunt poetae, imprimis tragici, qui linguam vel epicam vel choricorum cum Dorica mixtam imitati adsimulationem neglexerunt, atque princeps historicorum Atheniensium Thucydides, qui vel Herodotum Ionicosque logographos secutus vel tragicos praecedentes Atticorum constanter ρσ posuit. Xenophontem*) autem iam auctoritati sermonis Attici vulgaris, qualis in titulis conspicitur, cessisse, hoc quidem Blassium (Kühner I, 1² p. 147) videtur fugisse. Ubicumque praeterea in libris scriptorum Atticorum ρσ pro ρρ exhibetur, menda librariorum subesse mihi constat. Dialecti vero Atticae exempla collecta sunt haec: ἄρρην (poet. ἄρσην) masculus; huc haud scio an pertineat nom. propr. Ἀρρενείδης vel Ἀρρενίδης (Ἀρρενήδης). — ἄρριχος (Ar. Th. Hes.) et ὑρριχός (Ar. fr. 556 B) corbis, cf. ἄρσιχος (in tit. Pario CIG 2374 et D. Sic. 20, 141). — δερρίσκος (tit.). — ἔρρην in ἐρρηνοβοσκός (Soph. fr. 589) et ἔρραος (Lyc. 1316) aries; cf. vocem epicam ἔρσαι vel ἕρσαι (ι 222), agnelli vel haedi recens nati (Hes. ἔρσαι · οἱ ἐν τῷ χειμῶνι γινόμενοι ἔριφοι. καὶ τὰ ἁπαλὰ τῶν προβάτων), et Sanscriticam *vṛshan*, aries. — θάρρος (ep.-poet. θάρσος) cum derivatis θαρρέω θαρρύνω, Θάρρηξ Θαρρίας (Ion., Euboic., Boeot. Θαρσίας), in tit. Att. Θαρύπας praeter Θαρρύπας, al. — κόρρη (Ion., ep.-poet. κόρση) tempora. — ὀρροπύγιον (CIA II, 742 B, 6. Ar. al.) „Bürzel", cf. ep. ὀρσοθύρη (χ 126. 132. 333) et Ion. ὀρσόθριξ (Theogn.) : ex *ὀρσϝο- > *ὀρσσο- > ὀρσο- (Ion.-ep.) > ὀρρο- (Att.), cf. Sct. *ṛṣvás* (altus) et Graec. ὀρθός : ex *ὀρθϝός = Lat. *arduus*, Sct. *ūrdhvás*; itaque ὀρσοθύρη = „hohe Pforte" (cf. Ap. Lex. 122, 13 ὀρσοθύρη · Ἀπίων θύρα ὑψηλή et Eust. 1921, 13 sq. θύρα τις ἐπίσημος ὑψηλοτέραν πρόσβασιν ἔχουσα) et ὀρσόθριξ = erigens comam (cf. ὀρθοτριχία, ὀρθοτριχέω) et ὀρροπύγιον = cauda surrecta; οὐροπύγιον apud Aristotelem vel errori vel falsae scripturae debetur. — πόρρω iuxta πρόσω : ex *πόρσω, cf. Lat. *porro* ex **porsōd*. — πυρρός (Aesch. Pers. 316; frg. 111 D. Eur. Phoen. 32; Hec. 1265 πυρσός) rufus cum derivv. πύρρα et πυρραλίς (avium species) πυρρίας (anguis) al.; cunctanter hic apponam nomina pr. Πύρρων (iuxta Πύρσων) Πυρρίων Πυρροκόμη Πύρρανδρος (CIG 2221 c Πυρσάνδρου ex coni.) Πύρραιθος similia. Blassium cum formam πυρσός primigeniam saepiusque usitatam repudiet (v. Kühner, Gr. I, 1² p. 147) omnino errare, iam eo evincitur, quod ex πυρϝός in Attico sermone non πυρρός, sed πυρός (v. cap. II § 3) fieri necesse erat. — ταρρός σύνταρρος (poet. ταρσός) crates cum vb. (συν)ταρρόω. — χέρρος (poet. χέρσος), cf. Eur. Hec. 33 χερρονησία. — Ἐρρηφόροι et Ἀρρηφόροι, quae sunt quattuor ex nobilibus Atheniensium gentibus puellae functae mense Scirophorione sacris deae „Ἕρση" i. e. deae fecundantis (a R. *vars* cf. Ἔρρος infra appos.) i. e. Minervae Poliadis; unde vb. ἐρρηφορεῖν vel ἀρρηφορεῖν (Ar. Lys. 642 saepiusque in titulis) et subst. ἀρρηφορία (Lys. Paus. Gr.). — Ἀρρίλεως Ἄρρ-ιππος Ἀρρι-φῶν cum hypocorr. Ἀρρίας Ἀρριανός Ἄρρων : ex aoristi stirpe ἀρσι- verbi ἀραρίσκω a R. ἀρ; falso Fick P. N. p. 15 ab ἀρι et Wackernagel KZ. 29, 135 ab ἀρτι > ἀρσι > ἀρρι, quod quid significet nescio; cf. Ἄρσιππος Ἀρσί-νοος Ἀρσέας. — Περρέφαττα (CIG 8348) et Φερρέφαττα Φερρεφάττιον (in vasculis quibusdam, Dem., Pl.) praeter formas poeticas Περσεφόνη vel Φερσεφόνη; mirae sunt formae Doricae simplex ρ et vocalem productam exhibentes Πηρεφόνεια (Lacon.) Πηριφόνα (Locr. SGDI 1486) Πηριφόνᾱι (in tit. Paesti reperto IGA 538). — Περεύς (in tribus vasculis Att., v. KZ. 29, 450) i. e. Περρεύς (poet. Περσεύς itemque in vasc. Corinth. SGDI 3141), cf. Hes. Περρεύς · ἥρως Ἀθήνησι τιμᾶται et Περρίδαι · τῆς Ἀττικῆς δῆμος ἐν Ἀφίδναις (cf. gl. Περσείδαι et in tit. Cypr. Bzz. B. 6, 141 Περσεύτᾳ). — Τυρρηνός et Τυρρηνία (poet. Τυρσηνός). — Φαρράλιος (Herodian I, 123. II, 378 Ltz.) pro vulg. Φαρσάλιος. — Eodem ego etsi dubitanter rettulerim : δέρρις (Thuc. al.) δέρρα (H.) δέρρος (LXX) corium, scortea : ex *δέρτις > *δέρσις a R. δερ, cf. Sct. *dṛtis* (pellis); sed pro δέρρος potius δέρος (Tragg.) = δέρμα scribendum est. — σκίρρος (Xen. Medd.) scirrhus et adi. σκιρρός (Long.) durus cum deriv. σκιρρόω (Hipp. Sophr.), quas ego voces cum κιρσός (varix) comparem. — Linguae Atticae tribuendas censeo glossas Hesychianas hasce: ἐρρήεντα · δροσώδη, cf. ἕρση vocem poeticam pro vulg. δρόσος. — Ἔρρος · ὁ Ζεύς i. e. „deus fecundans" a R. ϝαρσ- ἀρσ- ἐρσ- (v. Curt. Et. 347 sq.). — In vocibus peregrinis inter utramque formam fluctuant scriptores Atheniensium; sunt autem: βύρσα (corium) cum derivv. — Κυρράνη (Menand. fr. 164) dea Cilicia; cf. Hes. gll. Κυρσανίας · Λακωνικῆς, κυρσίον · μειράκιον, κυρσάνιοι (Ar. Lys. 1248). — μυρσίνη (Eur.) iuxta μυρρίνη et μυρτίνη et corrupt. μυρίνη (myrtus), cf. ap. Sapph. μυρρίνη; huc pertinet demi Attici nomen Μυρρινοῦς (Μυρρινοῦττα . Μυρρινοῦντα); unum ρ scribitur in peregrino nomine viri Μύρων et urbis Μύρινα vel Μυρίνη. — πυρσός (fax) pl. πυρσά (ignes), quae vox apud Atticos poetica ex dialecto Ionica (v. Hdt. 7, 182 πυρσῶν, 9, 3 πυρσοῖσι) recepta videtur esse; vulgo Attici dicebant πυρά pro πυρσά. — τύρρις (turris), quae est vox vel Ionica vel barbarica a Xenophonte (τύρσις) in dialectum Atticam introducta. — In frequentata voce peregrina Χερρόνησος (paeninsulae Thraciae, Caricae, Tauricae) tituli Attici suppeditant ρρ praeter eorum antiquissimum (a. 452 a. Chr.), in quo Χερσονησῖται (CIA I, 228, 9) legitur, quae forma non Attica cum inde ab secundo saeculo a. Chr. in linguam communem ingrueret, etiam in titulos reducebatur. — Nomina propria peregrina ab Ἐρσ- Θερσ- Ὀρσ- incipientia qualia sunt Ἕρση Θέρσιππος Ὀρσίλαος litteras ρσ non immutant. — Apud Stephanum Byz. nomen gentis Thraciae, quod genuinum est Δερσαῖοι (Hdt., Thuc.), Δερραῖοι esse traditur. — Denique adsimulationem spernunt verborum ἄρδω et πέρθω (poet.) futura et aoristi

*) Leguntur enim in eius Anabasi quidem formae vocum Atticarum θάρρος θαρρέω θαρραλέος θαρρύνω πόρρω, sed Ionicarum πυρσεύω τύρσις Χερσόνησος vel Χερρόνησος et barbaricarum Πέρσης cum derivatis. Κορσωτή Ταρσοί. Accedit Θαρύπας nomen pueri, quem Menon in deliciis habebat.

sigmatici ἄρσω (ex *ἄρδσω > *ἄρσσω > ἄρσω) et ἔπερσα (ex *ἔπερθσα > *ἔπερσσα, > ἔπερσα, cf. Pl. Prot. 340 πέρσῃ), quippe cum consonas δσ vel θσ adsimulent. Contra ρσ ex ρσ-σ reductum occurrit adsimulatum in glossa quam Hesychius ex aliquo comico Attico deprompsisse mihi videtur ἐτέρρατο · ἐξηράνθη : ex *ἐτέρσ-σατο a R. *ters*, cf. Nic. Ther. 693 inf. aor. τέρσαι (ex *τέρσ-σαι a vb. epico-poetico τέρσω vel τέρσομαι) et Lat. *torreo* ex **torseịo* (v. Prellwitz 319). Cur autem Meister I, 138 hanc glossam Lesbiis ascribat, non intellego, cum praesertim dialectum Lesbiam in aspernanda hac adsimulatione cum epica (cf. Λ 267 ἐτέρσετο, η 124 τέρσεται) congruisse satis constet.

2) Linguae Doricae exempla. In linguae Doricae dialectis singula tanntummodo huius adsimulationis exstant exempla: a) Laconica· κάρρα (Alcm. 44) = Ion.-epic. κόρση, cf. Theocr. 14, 34 κόρρα, quod tamen Atticum (rectius semiatticum) esse scholiasta testatur. — κάρρων (Alcm. 54, item Epich. Sophr. all.) cum deriv. καρρόθεν (Damasc. apud Suidam s. v. κάρρων) : ex *κάρτιων > *κάρσσων > *κάρσων a R. κρατ vel καρτ, cf. Att. κράτ-ερος et κάρτ-ερος. — χέρρον · τὴν χέρσον γῆν . Λάκωνες. — Adiciam βέρραι (cod. βέρρεαι) · κληρῶσαι : ex *ϝέρσαι (inf. aor.), cf. βερνώμεθα · κληρωσώμεθα . Λάκωνες ad ind. βερ-νά-μεθα. At in tit. Lac. (CIG 1464) ἄρσης et ap. Alcm. μάκαρς, Περίηρς, cf. ap. Timocr. χέρς et in tit. Cret. μαίτυρς praeter μαῖτυς = μάρτυς. — b) Sicula et Italiotarum Graeca: θαρρεῖ (Epich.; alia eius exx. v. Ahr. II, 102 sq.). — in Hieronis casside Τυρ(ρ)άν' i. e. Τυρσηνά. — ὀρροβηλός · ὁδός . Ἰταλιῶται (H.) : ex *ὀρσοβηλός i. e. ὁδός ἐπίσημος = alta semita (cf. ὀρσοθύρη sub a). — in tit. Neapol. ἄγαρρις (CIG 5785,12); cf. Hes. ἄγαρσις · ἄθροισις, quam vocem eandem esse atque Herodoteam ἄγερσις vix quisquam negaverit; adde Hes. gll. ἄγορρις (cod. ἀγορρίς) · ἀγορά . ἄθροισις et ἀγορρίον · ἐκκλησία, cf. Arcad. πανάγορσις; at aliter est formatum epic. ἄγυρ-ις. Baunack quod Stud. I, 262 subst. ἀγαρρίς ab adiectivo ἀγαρρός ex ἀγά-ρρους (Β 845. Μ 30) correpto derivatum esse docet, hoc mihi quidem non probavit. — c) Megarica: Ὄρριππος (CIG 1050) : ex Ὄρσιππος. — Χερρίας (SGDI 3030, 8), cf. Χερσίας (Paus. Plut.), cuius nomen propr. plenum Χερσικράτης vel simile erat. Contra in titulis colonorum Megarensium in Chersoneso: Χερσονασιτᾶν Χερσονάσου θάρσος (SGDI 3087, 23. 52. 25). — d) Theraea: Θαρ(ρ)υμάχα IGA 444, Θαρ(ρ)ύμαχος 449, Θαρ(ρ)υπτόλεμος 463; cf. Θαρσύμαχος (Luc. ep. 11, 309) et Θαρσυπτόλεμος (IGA II, 1084 b). — e) Creticum: in tit. Cret. Deli reperto Θαρ(ρ)υμάχω (C² 132, 53) pro Θαρσυμάχου; sed nescio an sit nomen Atheniensis cuiusdam, cum in eodem titulo perhibeantur formae Ταρσεύς (l. 3) et Ταρσέων (l. 51); praeterea ἐρσένες (Gort. X, 52) ἐρσένων (X, 49), ap. Hes. ἄερσαν · δρόσον . Κρ. et γάρσανα (aut τάρσανα, cf. gl. τραύσανον; v. Lobeck, Path. 494) · φρύγανα . Κρ. — f) Phocense: Nomen urbis Κίρρα ex *Κίρσα adsimulatum videtur, quae urbs littera ρ transposita et Κρῖσα vel Κρίσσα nominabatur. — g) Hesychii glossae Doricae. Doridi vindicaverim has voces sine ethnico appositas: ἄριχα · ἄρρεν πρόβατον et βάριχοι · ἄρνες pro ἄρριχα et ϝάρριχοι : ex *ϝαρσιχο a R. *vars* (v. sub a); quibus ego addere malim vb. denom. ἀρριχᾶσθαι (Hippon. fr. 104) · εἰς ὕψος ἀναβαίνειν χερσὶ καὶ ποσίν — γάρρα · ῥάβδος : ex *γάρσα (Laconicum?); alio suffixo formatum est γάρκα in gl. γάρκαν · ῥάβδον . Μακεδόνες — γαρρίαι · γάμοι : ex *σϝαρ-σίαι a R. σϝαρ (serere), cf. de stirpe substt. ὄαρ (Hom. ὀάρων, ὤρεσσι) coniunx et ἔρσις (Suid. ἔρσις) coniunctio atque de suffixo substt. συνθεσία ἐπιστασία iuxta σύνθεσις ἐπίστασις al. — θαρρία · τρασιά : ex *ταρσιά, vulgo ταρσός (furnus) a R. τερσ (torrere).

3) Exempla Arcadica, Eliaca, Macedonica: a) in tit. Arcad.: Ὀριπίων (SGDI 1203, 15) pro Ὀρριππίων : ex Ὀρσιππίων — in tit. Phigal. (ibd. 1811) Θαρ(ρ)υκίδας, cf. in tit. Erythraeo (Dittb. Syll. 166) Θαρσύνων — b) in tit. Eliaco θαρρῆν (SGDI 1152) et θάρ(ρ)ος (ibd. 1154, 7) pro θαρσεῖν et θάρσος — ϝάρρενορ (ibd. 1152, 2) i. e. Att. ἄρρενος; contra ἄρσης (CIG 1464, 9) communis linguae est. — c) in Hesychii gl. Δάρρων · Μακεδονικὸς δαίμων, ᾧ ὑπὲρ τῶν νοσούντων

εὔχονται nomen Δάρρων nomini communis linguae proprio Θάρσων respondere iam Curtius Et. 256 docuit.

4) De ceterarum dialectorum usu. In dialectis Lesbia, Thessalica, Boeotica, Ionica vetustiore et recentiore nulla eiusmodi adsimulationis reperiuntur exempla. — a) Ex titulis Thessalicis praeter cetera afferam Θερσέας Θερσέαιος Θέρσουν Θερσίτας (SGDI 345) — Θερσόλοχος Θαρσαλίουν (358) — Θερσίταιος (1329 I a,22) — Φαρσάλιοι (326. 327 ter) — Φερσεφόν[ας] (1332, 33). — b) Exempla Lesbiaca et Boeotica nonnulla attulit Meister I, 42. 215. Sed Boeotico usui repugnat in tit. Orchom. (SGDI 488, 4) Θάροψ pro *Θάρσοψ. — c) Ex tit. Ionicis apponam ἄρσεν (Becht. IID 68); Herodotus usurpat ἔρσην, alii scriptores Ionici ἄρσην, Hippocrates ter ἄρσην, bis ἄρρην (ἀρρένων et ἄρρεσι), quam quidem Atticam formam inseruit librarius. Itemque adiectivi forma πυρρός pro genuina Ionica πυρσός (rufus) apud Herodotum III, 139 et Hippocratem II, 74. VI, 74. VII, 510. VIII, 234. 248. 336. 338 L. librariis debetur ad Atticum usum aberrantibus. Porro Θαρριππίδης in tit. Eretriensi (Ἐφ. ἀρχ. 1887, 83 sqq. l. 6 a), quod est unicum adhuc ex titulis Ionicis exemplum, quin nomen fuerit hominis cuiusdam natione Atheniensis, mihi quidem dubium non est. — d) Lingua epica quia hac in re cum dialecto Ionica congruit (cf. vv. ep. ἄρσην θάρσος ὦρσε ἄρσαντες κτλ.), vox Homerica ἄψορρος (Γ 313 al.) iniuria cum παλίν-ορσος collata a Curtio Et. 546 falso ex *ἄψ-ορσος orta esse putatur; immo vero cum ἀψόρροος (Σ 399. υ 65) conferenda et ad *ἀψό-σροος (R. σρυ fluere) reducenda est; cf. βοηθός iuxta βοηθόος alia. Eundem in modum explanandae sunt Hes. gll. ἄπορρος · πάλιν : ex *ἀπό-ρροος < *ἀπό-σροος et ἄρροθος · βοηθός cum derivv. ἀρροθή · βοήθεια et ἀρροθεῖ · βοηθεῖ : ex *ἀ (= *sa*) + σροθος (v. Baunack, Stud. I, 266 sq.) atque vox epica ἐπίρροθος adiutor : ex *ἐπί-σροθος a R. *sradh* (currere). Cuius vocis ἐπίρροθος analogia attractum subst. epic. ἐπιτάρροθος (ex *ἐπι-ταρσο-θοος i. e. pedisequus) consonas ρσ primarias (cf. Λ 378. 388 ταρσός vola) in ρρ commutavisse mihi videtur, nisi forte librariorum error est ponendus. Lycophronis 360 (400. 1040) τάρροθος (cf. Hes. et Zon. p. 1710 τάρροθος) ab Homerico ἐπιτάρροθος omissa praepositione ἐπί fictum esse puto.

III. De ρρ ex ρδ adsimulatis.

Haec perquam singularis atque addubitanda adsimulatio subesse videtur duabus Hesychii glossis Creticis, quae geminatas consonantes reductas ad simplices atque productione compensatas exhibent: πῆριξ · πέρδιξ . Κρ. et πήραξον · ἀφόδευσον (ad vb. περδάδδω deriv. a vb. πέρδω) : ex formis interiacentibus *πέρριξ et *πέρραξον.

IV. De ρρ ex τρ adsimulatione regressiva factis.

Certa exempla non exstant nisi pauca apud poetas in praepositione κατά apocopata. — a) Exempla epica: καρρέζουσα (Ε 424) i. e. καταρέζουσα — κάρ*) ῥά οἱ (Υ 421) i. e. κατά ῥά οἱ — κὰρ ῥόον (Μ 33) i. e. κατὰ ῥόον. — b) Exempla ab Hesychio servata: καρράξαι · καταρράξαι — καρρέξαι · πρᾶξαι i. e. κατα-ρέξαι. — c) Dubium exemplum Thessalicum. Cum τρ omnino immutatum permanserit, vereor, ne non multi audiant Baunackium, qui in Stud. Nicol. p. 50 Thessalicum nomen proprium hypocoristice formatum Πέρρας (SGDI 326 III, 45) cum patronym. Πέρραιος (ibd. 326 III, 42. 43. 44) collatis nominibus propriis Πέτρουν (III, 5), Πετραῖος (ibd. 345, 4) cum patronym. Πετραίειος (ibd. 345,70), Πετραιονίκα (ibd. 336) ex Πέτρας adsimula-

*) De accentu harum vocularum cum grammaticorum veterum (Arist. Herod. Didym. in schol. Ven. ad Θ 441. Et. M. 81, 51. Schol. Soph. ad OT. 16) testimonia tradantur nulla, ego vulgarem notandi usum (v. Wolf, praef. ad ed. nov. p. 84. Spitzner ad Il. Γ 261. Θ 441. La Roche, Hom. Textkrit. 189 sq. Blass-Kühner, Gr. I, 1² p. 334 collata p. 336 nr. 1) sequendum ratus praepositionibus eiusmodi apocopatis atque a nomine subsequenti seiunctis tenorem gravem adicere quam omittere malui.

tione ortum esse ait. Equidem hypocoristicam geminationem nominis proprii ex *Περίανδρος* similibusve decurtati (cf. Fick P. N. p. 204 *Πέρων*) statuerim.

V. De ρρ ex σρ adsimulatis.

Nomina quae a *ρ* consonante incipiunt si cum adverbio *δις-* componuntur, ex *σρ* fiunt geminatae *ρρ*, uti in *δίρρυμος* et *διρρυμία* (Aesch.) atque *δίρρυθμος* (Gramm.); tum per abusum in duarum vocum commissura apud Nic. Th. 685 et Al. 424 *ὅρρα* : ex *ὅς ῥα* pro *ὃς ἄρα*. Quin etiam *τόρρα* Hesychius praeter *τό ῥα* (*ὅπερ δή*) affert haud dubie respiciens ad Homeri versum *Π* 228 ab *τό ῥα* incipientem grammaticorumque Alexandrinorum disceptationem, utrum illic *τόρρα* et *χ* 327 *ὅρρα* (Apollonio Rhodio auctore, qui in Argonauticis posuit et *ὅρρα* III, 844. IV, 251. *ὅρρ'* II, 720 et *τόρρ'* I, 526. IV, 580, at II, 31 *τὸ ῥά οἱ*) an *τό ῥα* et *ὅ ῥα* (ita Aristarchus teste Didymo in *Π* 228) sit scribendum. Schulzio (p. 376 adn.), qui Apollonii lectione probata *τόρρα* et *ὅρρα* ex **τόδ-ῥα* et **ὅδ-ῥα* conformatum esse statuerit, opponendum est, cum dentalem *δ* neutrorum **τόδ* et **ὅδ* (cf. Lat. *id* et *quod*) iamdudum ante Homeri aetatem esse abiectam, tum consonantes *δρ* neque Homeri neque posteris temporibus esse adaequatas (cf. Meyer § 257). Quare nihil relinquitur nisi ut metricam sumamus licentiam, quae est apud Homerum in arsi et prima (*Π* 228 *στίχος ἀκέφαλος*) et in secunda (*χ* 327) usitatissima. — Huc addere licet nomina urbium et Illyriae *Δυρράχιον* vel *Δουρράχιον* (Alex. Polyh. ap. Steph. Byz. *Δυσράχιον*) et Laconicae *Δυράχιον* (Steph. Byz.) atque Mesopotamiae regionis *Ὀρροήνη* vel *Ὀρροΐνη* (Et. M. 249, 98. Prisc. 1, 7, 40), quae vulgo *Ὀσροήνη* nuncupabatur.

VI. De ρρ ex ϝρ adsimulatis.

Duo afferre licet exempla, sed valde dubia ex Hesychio: *ἀγάρρητος · ἀχάριστος* : ex **ἀγαύρητος* > **ἀ-γάϝρητος* (?) a verbo **γαρρέω* (ex *γαυρέω*) derivato ab adi. *γαῦ-ρος* (v. Curt. Et. 172) — *γαρριώμεθα · λοιδορούμεθα* : ex **γαυριάω* > **γαϝριάω* (cf. vb. *γαυριάω* superbio), quod verbum ab eodem adiectivo *γαῦρος* descendit.

Additamentum. De *ρρ* ex *νρ* adsimulatis. Ad exempla adsimulationis consonantium *νρ* in part. I p. 30 congesta addenda sunt: ex tit. Att. *τὸρ Ῥόδιον* (CIA II, 9, 5) : ex *τὸν Ῥόδιον* — ex tit. Cret. *ἂρ ῥάχιν* (Mus. it. I, 145, 70) : pro *ἀνὰ ῥάχιν* — ex Hesychio gll. *συρράδιος · νόθος . μικτός* et *ὑρράδιος · ἄδοξος ἢ εἰκαῖος* : ex **συν-ράδιος* a R. *σραδ* (irrigo), cf. aor. ep. *ῥάσσατε* (ex **ῥάδ-σατε*) verbi *ῥαίνω* — *ὕρραχα · † πρίσχη* (*μίγδην*?), quacum componas Theognosti can. 23, 22 *ὕρραξ · μίγδην, ἀναμίξ* : ex **συν-ϝραγ-* a R. *vragh* (*vrēgh*), cf. vb. *ῥάσσω* et *ῥήσσω*; eiusdem stirpis est glossa in Bekk. anecd. III, 1428 (cf. Theogn. fr. 20) *ὑρραπλέα · ῥηγαλέα* corrupta ex *ὑρραγαλέα* — **συν-ρηγαλέα* (Schulze p. 170 falso **ϝραγαλέα*). De spirante *σ* in fronte harum ut videtur Cypriarum vocum abiecta cf. Meister II, 246 sqq.

§ 4. De *M* geminata.

I. De μμ ex νμ adsimulatis. a) Nasales *νμ* non solum in commissura verborum cum praepp. *σύν* et *ἐν* compositorum a scriptoribus, sed etiam in tactu fere binarum vocum a vulgo quidem ad *μμ* adaequatas esse tituli reperti demonstrant. Ad exempla in part. I p. 31 enumerata hic quaedam ex dialectis notabilia adiciam: *α*) Argiva: ex tit. Epid. (SGDI 3339, 76. 119) *χῶραμ μόνον* et *τὰμ μορφάν* — ibd. 3340, 58 *ἐμ μάχαι* = *ἐν μάχῃ* — ibd. 3342, 46 *ἐμ Μάλον δόμοις* — *β*) Cypricum: *ἰμ(μ)ίτραόν · ὑπόζωσον . Πάφιοι* (H.) : ex **ἰνμίτραόν* pro **ἐνμίτρασον* (cf. Meyer § 91) — *γ*) Hesychianum: *τρίμμε · φοβεῖσθαι*, quod Baunack in *τρῖμμε* (= *τρεῖμμε*) emendatum ex *τρεῖν με* (cf. *E* 256) coaluisse iudicat. — b) Praeterea nasales *μμ* ex *νμ* adsimulatas exhibent voces cum praepositione *ἀνά* apocopata compositae, si exempla Lesbiaca a Meistero I, 50 collata praetermittimus: *α*) in sermone cum epicorum tum ceterorum poetarum : *ἀμμίξας* (*Ω* 529) pro *ἀναμίξας* — *ἄμμιγα* (Hes. Ap. Rhod. Soph. A. P.) pro *ἀνάμιγα* — *ἀμμίγδην* (Nic.) pro *ἀναμίγδην* — *ἀμμένει* (Soph. Tr. 525 saepiusque in canticis) pro *ἀναμένει* — *ἂμ μέσον* (Hes.

Ἀ. 209) pro *ἀνὰ μέσον* — *ἂμ μέγα* (Ap. Rhod. I, 127). — Propter consonarum concursum geminata ad simplicem *μ* reducta est apud Pindarum in : *ἀμνάσειεν* (P. 1, 48 [92]) et *ἀμνάσει* (P. 4, 54 [96]) pro **ἀμμνάσειεν* et **ἀμμνάσει* ex *ἀν(α)μνάσειεν* et *ἀν(α)μνάσει*, cf. ap. Theocr. 29, 16 formam Lesb. *ὀμνάσθην* ex **ὀμμνάσθην* = Att. *ἀναμνησθῆναι*. — *β*) apud Hesychium: *ἀμμάθω · μεταμέλωμαι* et *ἀμμάξαι · αἰωρῆσαι* pro *ἀναμάθω* et *ἀναμάξαι*.

II. De μμ ex σμ adsimulatis. Quamquam consonantes *σμ* illae, quae secundarie ex *δμ* aliove modo erant ortae, omnibus in dialectis Graecis (v. Meyer § 267) adsimulatione plerumque non affectae sunt, tamen in eis quoque nonnumquam atque adeo in Attico sermone illam panhellenicam legem adaequandi *σμ* consonas non cessasse haec demonstrant exempla: a) Attica et communia: *Κομμώ* vel *κομμώ* (Bekk. anecd. 273, 6) i. e. mulier ornans, quod apud Athenienses nomen cuiusdam sacerdotis quae Minervae sacris praeerat fuisse traditur : ex **κοσμώ* voce hypocoristice ex *Θεόκοσμος* decurtata; a subst. *κομμώ* descendit vb. *κομμόω* (Eupolis, Arist., al.), cuius derivata sunt *κόμμωμα κόμμωσις κομμωτής κομμωτίζω κομμωτικός κομμώτρια κομμώτριον*. Hesychii glossae *κωμμωνία · κοροκοσμία* et *κοροκοσμία · τῶν παρθένων* . . . inter se tutari videntur, nisi quod *κομμωνία* priore loco restituendum est. Sed hoc ipsum substativum *κομμωνία* vix sanum est neque errore vacat, quod Suidas *κομμός* pro *κόσμος* dici suspicatur, quandoquidem ille ipse quem pro testimonio affert locus Nicolai Damasceni (*γυναικῶν μυρία πληθὺς ἡγεῖτο μετὰ κομμοῦ καὶ ὀλολυγῆς*) cum interpretatione *γόου καὶ ὀδυρμοῦ* non minus luculenter derivatum id esse a verbo *κόπτω* indicat quam quae proxime sub *κομμωτικαί* affertur glossa haec: *κομμός · ὁ κεκομμένων τριχῶν κόσμος*. — *ζέμμα* praeter *ζέσμα* pro vulg. *ζέμα* (Diosc. Gal.) et *κατάκλειμμα* (alias *κλεῖσμα, κατακλειστός*) apud Galenum nisi librariorum incuriae debentur ad speciem verbalium substantivorum in *-μμα* qualia sunt *ἀπόσκημμα* al. (v. part. I p. 30 sq.), quamquam perperam, quin sint formata vix dubitaveris. — *κλαμμίς · ἀναδενδράς* pro vulg. *κλῆμα* (ramus), si respicis ad *κλάδ-ος, κλάσμα, κλάστης* (H.), ex **κλαδ-μίς* > **κλασμίς* factum esse censeas. — His adde nomen *Ἰμμάραδος*, qui filius Eumolpi Thraciae regis fuisse a Pausania traditur, ab aliis *Ἴσμαρος* appellatus (ceterum cf. Solmsen KZ. 29, 123). — b) Cretica et Cyprica: in tit. Leb. *ψάφιμμα* (Mus. it. III, 73. Philol. 1890, p. 588, 7) = Att. *ψήφισμα*; in aliis tit. Cret. *ψάφισμα*. — in tit. Cypr. *ϝέπομ(μ)έγα* (SGDI 68) i. e. *ϝέπος μέγα* „ostentatio“.

III. De μμ ex τμ adsimulatis. Apud Homerum poetasque eum imutatos perinde atque apud Aeolios (v. Meister I, 150), si praepositio *κατά* apocopata cum voce quae in fronte gerit labialem *μ* concurrebat, litterae *τμ* ad *μμ* adaequabantur. Exempla sunt: *καμμίξας* (*Ω* 529) — *καμμονίη* (*Ψ* 661. *χ* 257) — *καμμῦσαι* (Batr. 192) pariterque apud Alexin com. *καμμύω*, id quod vehementer reprehenditur a Phrynicho gramm. ed. Lob. p. 339: *Ἄλεξις κέχρηται τῷ καμμύειν ἠμελημένως ἐσχάτως, δέον ὡς οἱ ἄριστοι τῶν ἀρχαίων καταμύειν*. — *κὰμ μέσον* (*Λ* 172) — *κὰμ μὲν ἄροτρον* (Hes. *Ἔ*. 439), cf. Sapph. 2, 9 *κὰμ μὲν γλῶσσαν*. — *ἀκάμμυστος · ἀκατάμυστος* (H.) — *καμμένειν · καταμένειν* (H.) — *καμμάρψαι · καταλαβεῖν* (H.) i. e. *καταμάρψαι* et *κάμμαρψις · μέτρον σιτικόν . Αἰολεῖς*; eodem spectat glossa *κάμμαστις* (ex emend. Vaniček 719 pro *καμαστίς*) · *μέτρον τι* e grammatico quodam Ameria deprompta, quam si respexeris, aliam gl. *καμάστην · μέτρον τι* in *κάμμαστιν* emendandam esse suspicabere. — Adiectivi *κάμμορος* (quinquies in Odyssea) etymologia non satis patet : alii ex *κατάμορος* (v. Arcad. 71, 28 *κατάμορος*), alii ex *κακόμορος* (v. Eustath. 1389, 25 *κακόμοιρος*) conflatum esse arbitrantur. Tertiam formam praebet Hesychius hanc *κάσμορος · δύστηνος*, quam Schulze KZ. 29, 262 nescio quo iure ex **κάτ-σμορος* derivans Homerica forma *κάμμορος* vetustiorem esse contendit. Quo ab adi. ep. *κάμμορος* inferior quis poeta, ut videtur, verbum denom. *καμμορέω* (Hes. *καμμορέων · κακοπαθῶν*) finxit. Similiter Septuaginta et Novi Testamenti scriptores ex lingua poetica verbum *καμμύω* (Esai. 29, 10 *καμμύσει* = oculos claudet, Matth. 13, 15 *καμμύει*) receperunt atque adeo simplex esse rati aoristi indicativum

ἐκάμμυσαν (Esai. 6, 10. Act. 28, 27) sibi indulserunt; praeterea ap. Phil. Iud. I, 645, 31 *καμμύσαντες* legitur.*)

IV. De μμ ex γμ — λμ — ρμ adsimulatis. Tria tantum exstant exempla huius adsimulationis: Lacon. *πουμμά* (Hes. cod. *ποῦμμα*, Meyer §§ 88. 279 *ποίμμα*) · *ἡ . . . . πυγμή* (v. Ahr. II, 102). — *Σαμμώνιον*, promunturii Cretici nomen, quod idem dicebatur *Σαλμώνιον* (v. Helbig, dial. Cret. 23). — *Μομμώ* · *ὃ ἡμεῖς Μορμώ φαμεν* (H.), quae adsimulatio ceteroquin inusitatissima minus offendit in voce hypocoristica. Quod in quadam hydria Attica *Ἑμῆς* (KZ. 29, 452) pro *Ἑρμῆς* pictum est, aut pingentis incuriae aut neglegentiae loquentis imputandum est.

V. De μμ ex μν adsimulatione progressiva natis. Duo adhuc reperta sunt exempla: in tit. Cret. Gort. (BCH 1885, 9) *ἐσπρεμμίττεν* = Att. *ἐκπρεμνίζειν* et in vasc. Att. (KZ. 29, 439) *Ἀ(γ)αμέμμω(ν)* pro *Ἀγαμέμνων*, quae vitiosae vel scripturae vel pronuntiationi sunt tribuenda; contra forma saepius apud Atticos usurpata *Κλυταιμήστρα* (v. Meyer § 265) prior est quam vulgaris *Κλυταιμνήστρα*. — Praeterea in Thucydidis libris mscr. (I, 30. 47. 51. III, 79) varia exhibetur lectio promunturii Corcyraei nominis *Λευκίμμη* (cf. Str. 7, 324 *Λευκίμμα*, Ptol. 3, 17, 11 *Λεύκιμα*) et *Λευκίμνη* (cf. Plin. 4, 12, 19 Leucimna).

VI. De μμ ex μβ — μπ — μφ adsimulatione progressiva ortis. In tit. Corcyr. (SGDI 3186. 3190) bis legitur *ἐπὶ τύμωι* i. e. *τύμμῳ* : ex *τύμβῳ*; sed fortasse et *τύμβος* et *τύμμος* ad **τύμϝος* (cf. Lat. *tumu-lus*) recurrunt. — Accedunt glossae Hesychianae: *κάμμει* · *καθέζει*, cf. *κάμβει* · *παύεται* i. e. genua flectit, ut considat vel requiescat, = Att. *κάμπτει*. — *κίμμυρος* · *μικρολόγος*, cf. gll. *κιμβ-εία* (Arist.) · *μικρολογία* et *κιμβάζει* · *στραγγεύεται*. — *ἐμμορίδαι* · *μέτοικοι*, quod pro *ἐμπορίδαι* dictum esse Baunack, Curt. Stud. X, 80 suspicatur. — *κόμμοι* · *ὀδόντες γόμφιοι ἢ κόμποι*, quam vocem si cum gll. *κόμποι* · *ὀδόντες γόμφιοι* et *κόμβους* · *ὀδόντας γομφίους* comparaveris, ex **γόμφοι* > **γόμποι* > **γόμβοι* conformatam esse arbitrabere.

§ 5. De *N* geminata.

I. De νν ex σν adsimulatis. Adsimulatio secundaria consonantium *σν* (de primaria v. cap. II § 5) in compluribus nominibus cum subst. *νῆσος* compositis et in nomine dei *Διόνυσος* occurrit neque solis dialectorum Lesbiae et Thessalae finibus continetur.

a) Trita est haec adsimulatio in nomine proprio *Πελοπόννησος*, quod ex *Πέλοπος νῆσος* (cf. Soph. O. C. 695 *ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νάσῳ Πέλοπος*) est connexum; item ut videtur in *Ἁλόννησος Ἀλωπεκόννησος Κορακόννησος Μυόννησος Πιτυόννησος Προκόννησος* : ex *ἁλός-* (cf. *ἁλοσ-άχνη, Ἁλοσ-ύδνη*), *ἀλώπεκος- κτλ.* + *νῆσος*; minus mihi probatur Blass (Kühner I, 1² 269), qui easdem voces ex *προκῶν-*, *μυῶν- κτλ.* + *νῆσος* deducit. Ad horum nominum similitudinem geminum *ν* assumpserunt: *Ἀρκόννησος* iuxta *Ἀρκτόννησος* (ex *Ἀρκ(τ)ό-νησος*, sed Blass l. c. ex *Ἄρκτων νῆσος* usus Stephano Byz. auctore), *Δημόννησοι* cum adi. *Δημοννήσιος* (H.), *Ἑκατόννησοι* (ex *Ἑκάτου νῆσοι* testibus Strabone et Stephano Byzantio; cuius quidem nominis geminata *ν* insuper ex falsa analogia ad num. *ἑκατόν* tracta esse videtur), *Ἐλαφόννησος*, *Πατερόννησος* (Plin.) pro vulg. *Πατέρων νῆσος*, *Πριαπόννησος Σαόννησος Τηλόννησος Χερσόννησος* iuxta *Χερρόνησος*; praeterea singulis *ν* scripta suppeditat Stephanus Byz. *Ἱππόνησος* et adi. *Πατροκλονήσιος*. In Atticis inscriptionibus *Ἀλωπεκόννησος Πελοπόννησος Προκόννησος* geminis *ν* ponuntur, *Χερρόνησος* autem simplici *ν* exaratum reperitur (cf. Meisterhans p. 74). Quod ad poetarum usum attinet, versuum ratio requirit duplex *ν* (*-οννησος*) in h. Hom. Ap. 250. 290. 419. 430. 432. Theocr. 15, 92, sed simplex *ν* (*-όνησος*) in Ar. Eqq. 262. Lycophr. 1391. Scymn. 405. 698. 849. 854. Ap. Rh. I, 925;

*) Hesychii gl. *ψόμμος* · *ἀκαθαρσία* . *καπνός* non ex **ψόθ-μος* (cf. *ψόθ-ος* · *ἀκαθαρσία*), sed ex **ψόφ-μος* > *ψόμμος* (cf. *ψέφος* · *καπνός*) est orta.

utraque autem scriptura admittitur in Eur. Hec. 33. Dion. descr. Gr. 15. 108. Scymn. 328. 406. 511. 516. 535. 702. 713. — b) Accedit nomen Dionysi, quod cum derivatis et Lesbios et Thessalos et quadam ex parte Cretenses per nasalem geminatam scripsisse hi docent tituli: *α*) Thessalici: SGDI 1329 II a, ll. 32 *Διοννύσοι* (i. e. Att. *Διονύσου* vel potius *Διονυσίου*, cf. Thess. *Ἄντοχος* iuxta *Ἀντίοχος*) et *Διόννυσος* semelque geminata reducta *Διόνυσος* (ibd. 331, ll. 12). — *β*) Creticus: *Διοννυσίαν* (MAI 1885, 92 et Mus. it. II, 165 nr. 8), cf. Lesb. *Ζόννυσος* (v. Meister I, 139). — *γ*) Simplici *ν* exhibetur in dialectis Attica (*Διόνυσος*), Boeotica (*Διώνυσος*), epica (*Διώνυσος* semelque *λ* 325 *Διόνυσος*); cf. Meyer § 293. Utcumque de nominis origine iudicaveris (cf. diversa explicandi conamina ap. Baunackium, Stud. I, 71 et Gortyn 66 sq.), ipsa geminatio ex vulgi originatione et ratiocinatione, quippe quod in priore vocis parte genitivum *Διός* sumeret, prognata esse mihi videtur.

II. De νν ex τν et *ρν adsimulatis.* Adsimulationis consonantium *τν* duo exstant exempla eaque poetica: epic. *καννεύσας* (*ο* 464) pro *κατανεύσας* et Pind. *κὰν νόμον* (*O.* 8, 78). — Deinde *ρν* occurrit adaequatum: in leg. Gort. *ἀννίοιτο* (I, 11) = *ἀρνέοιτο* (*ἀρνοῖτο*) et *ἐξ-αννησήται* (III,6) = *ἐξαρνήσηται* atque ap. Hesych. *βάννεια* · *τὰ ἄρνεια . καὶ βάννινα* (cod. *βάννιμα*) · *τὸ αὐτό* = **ϝάρνεια* et *ϝάρνινα* a st. *ϝαρν*, cf. *ἄρνες*, quam glossam Meyer § 272 quod Laconibus vindicat, assentior. — Praeterea Blass (Kühner, ausf. Gr. I, 1² p. 145) affert Creticum acc. sg. *ὄννιθα* pro *ὄρνιθα*, sed locum addere omisit. — Dubia est origo glossae *κικίννα* · *τριχοπλάστης* vocisque *κίκιννος* (Com. Theocr.), quas ego Boppio Wtb. 136 a auctore a R. *kar* ex **κί-κιρ-νος*, **κικίρ-να* collatis Lat. *cir-rus* et *cincinnus* originem duxisse arbitror.

III. De νν ex φν (πν) — γν — χν adsimulatis. Exempla sunt rara et dubia. a) *νν* ex *φν (πν)*: in Hesychii glossis: *τέννος* · *στέφανος ἐλάϊνος*, quae a R. *(σ)τεφ* (cf. *στέφος* corona) deducta ex **(σ)τέφ-νος* > **τέπ-νος* > *τέννος*, et *γεννός* (*γεννόν* · *κοῖλον*), quae a R. *κα(μ)π* (v. Vanič. 115) > *γα(μ)π* > *γε(μ)π* (cf. gll. *ἔγναψεν* · *ἔκαμψεν* et *γεμπός* · *κοῖλος*) profecta ex **γεπ-νός* fortasse coaluit. — b) *νν* ex *γν*: in sermone Attico et Thessalo inde ab a. 300, in Doricis vero dialectis iam ab a. 400 a. Chr. (v. Meisterhans p. 59) *γν* in *ṅν* adsimulabatur uti in *γιννόμενον* (tit. Gort. in Mus. it. III, 73) vulgoque uno *ν* scribebatur uti in *γῖνομαι γῑνώσκω* pro *γίṅνομαι γιṅνώσκω* ex *γίγνομαι γιγνώσκω* (v. in tit. Lar. Thess. 345 *γινυμέναν* = *γιγνομένην* et *γινύειτει* = *γίγνηται*); deinde legitur semel *Ἀριάννη* (CIG IV, 7719) et saepius *Ἀριάνη* iuxta *Ἀριάγνη* (ibd. IV, 7441. 7692); denique in tit. Locr. Oeanth. *ἐ Ναυπάκτω* (SGDI 1478, 8. 20) bis praeter unum *ἐγ Ναυπάκτω* (l. 15) = Att. *ἐκ Ναυπάκτου*. — c) *νν* ex *χν* (per *κν* > *γν* > *ṅν*): *ἀλιννόν* · *ἀμυδρόν . Κρῆτες* (H.) ad *ἄλυχνον* spectare et vidit Voretzsch dial. Cret. 12 et Helbig dial. Cret. 36 probavit.

§ 6. De gutturalibus *K* et *Γ* geminatis.

A. De *K* gutturali geminata.

1) De κκ ex τκ adsimulatis. Haud ita rara sunt exempla diversarum dialectorum atque praecipue linguae poeticae, in quibus praepositionis *κατά* apocopatae dentalis exiens cum ineunti *κ* vocis sequentis conglutinata est. Exempla exstant haec: a) epica: *κακκῆαι* vel *κακκεῖαι* (*λ* 74) — *κακκείοντες* (sexies) — *κὰκ κεφαλῆς* (*Θ* 85 atque Theocr. 25, 256), cf. Alc. 33 *κὰκ κεφάλας* — *κὰκ κεφαλήν* (*Π* 412) — *κὰκ κόρυθα* (*Λ* 351) — *κακκρύπτω* (Hes. *Ἔ.* 469) — *κακκρύψας* (Nic. ap. Ath. 2 p. 61 A). — In consonantium concursu geminae *κκ* ad simplices reductae sunt in vocibus: *κάκτανε* (*Z* 164), cf. Hes. lectionem *κάκτενε* · *κατάκτεινε* — *κακτάμεναι* (Hes. *Ἀ.* 453). — b) Laconica: *κακκανῆν* (Plut. Cleom.) = *κατακανεῖν* — *κακκεχύται* (Plut. Inst. Lac. p. 241) — *κάκκη* · *κάθευδε . Λάκωνες* (H.) : ex **κατ(ά)κεε* i. e. imper. verbi *κατακείω* = Att. *κατάκειμαι*. — c) Eliacum: *κακκειμένοις* (SGDI 1154, 8). — d) Cyprica: in Hesychii gll. *κακκλάεὶ* · *κατάξει* : ex *κατ(α)κλάσει* et *κάκκλαὀν* · *κάταξον* : ex *κατ(ά)κλασον*, quas M. Schmidt iure dialecto Cypricae vindicat. — Deinde

κακκεῖναι · κατακόψαι . Πάφιοι : ex κατ(α)κεῖναι i. e. inf. aor. verbi κατακείνω (de κείνω pro κτείνω cf. Meister II, 260 sq.), quamobrem Hoffmanni Bzz. B, 15, 96 emendatio κακκεῖραι (ex κατακέρσαι a R. κερ, cf. Hom. ἔκερσα) quamvis sit ingeniosa, tamen non est necessaria. Contra recte Hoffmann (ibd. p. 66) radicem κερ detexit in aliis Hesychii gl. Cypr. κακόρας et κακορμιάς · κατακόψας . παρὰ Εὔκλῳ, quarum prior in κακ(κ)οράας emendanda esse mihi videtur, ut sit κακκοράάς = κατακοράσας part. aor. act. verbi dial. *κατα-κοράζω = κατακείρω (ligna findere), sicuti est κακ(κ)ορμιάς = κατακορμίσας part. aor. act. verbi ab subst. κορμός (caudex, truncus) derivati κατακορμίζω = κορμάζω (detruncare). — Denique Cypriis ascribam glossas nondum explicatas: κακάλεα (M. Schmidt κακαλέα) · κατακεκαυμένα i. e. κακκάλεα ex κατα-κάλεα (cf. Hom. κήλεος ardens) = κατάκαυστα. — κακόρδαζε · ἀπεχώρει, quam glossam in κακ(κ)ορδάκιζε = κατεκορδάκιζε (saltando descendebat) emendandam atque ad subst. κόρδαξ referendam esse arbitror. — e) Thessalicum: πόκκι (SGDI 345,12) : ex *ποτ(ί)-κί = Att. πρὸς τί pro ὅτι, cf. l. 11 διέκι i. e. διὰ τί pro διότι et ll. 22 κίς 41 κίνες = Att. τίς τίνες. Quod quidem haud recte Blass, Fleck. J. 125, 527 adn. 2 ex πό-κκι, ut sit -κκι = Aeol. -ττι in ὅ-ττι, explicasse videtur.

II. De κκ ex σκ adsimulatis. Voces ad hanc adsimulationem spectantes, quas praeter unam διδάκκει pro διδάσκει in decreto contra Timotheum spurio omnes Hesychius ab oblivione vindicavit, eodem illo auctore ad dialectum Laconicam pertinent; sunt autem: ἀκκόρ · ἀσκός . Λάκ. — μάκκορ · μάσκος, cf. μάσκα (cod. μάσκη) · δίκελλα et βάσκα · μάκελλα ($\beta = \mu$) — μακκούρα (μακκούρᾳ · χειρὶ σιδηρᾷ κτλ.) flagellum quoddam : ex μασκούρα — καδίκκορ · εἶδός τι φασκωλίου : ex καδίσκος — κακκόρ (cod. κακκός) · ὁ μικρὸς δάκτυλος, cf. κασκός · ὁ μικρὸς δάκτυλος — κικκόρ (cod. κικκός) · κλέπτης, cf. ἰσκός · κλέπτης (v. Brugm., Curt. Stud. VII, 342. Vanič. 1078). — Denique κακκώνιον · σκαφίον pro *κασκώνιον (a. v. κασκός?) a Laconibus usurpatum esse haud scio an recte iudicaverim.

III. De κκ ex γκ adsimulatis. Mirum in modum consonantes γκ (= ṅκ) in κκ adsimulatas duae Hesychii glossae exhibere videntur: κίκκασος · βόλου ὄνομα, cf. κίγκασος · κυβευτικός τις βόλος — ὀκκῦλαι · τὸ ὀκλάσαι καὶ ἐπὶ τῶν πτερῶν καθίζεσθαι : ex ὀγκῦλαι, cf. ὀγκύλλομαι, quod etiamsi in Arist. Pac. 465 idem significat quod ἀγάλλομαι, tamen comparatis eiusdem stirpis nominibus ὄγκος ἀγκάλη ἀγκύλη ἀγκύλος verbi ὀκλάζω ipsius quoque notionem habuisse facile credas.

B. De Γ gutturali geminata.

I. De γγ ex κγ adsimulatis. Tenuis κ praepositionis ἐκ ante mediam γ ad ipsam γ mediam facile molliebatur a loquentibus quidem, litteris perscribi non solebat, nonnulla tamen exempla cum in libris manuscriptis tum in titulis exstant, quorum afferam haec: Platonis et Demosthenis codices exhibent ἔγγονος itemque interdum inscriptiones Atticae (CIA quindecies praeter ἔκγονος), Megaricae (SGDI 3092,8 ἔγγονος), Corcyraeae (ibd. 3202 ἐγγόνους), Epiroticae (ibd. 1348 ἐγγόνων); adde Herodoteum (II, 175) ἐγγεγονότος et Atticum ἐγ Γαργηττίων (CIA III, 1632 bis; ex aevo Romano).

II. De γγ ex σγ adsimulatis. In titulis Creticis saepenumero occurrit subst. πρεγγευτάς (CIG 3053, 4. 14. Le Bas 75, 4. 16. 57; 76, 5. 14. 42; 77.5; 82,4) saepiusque productione suppletoria ascita πρειγευτάς πρείγων πρείγιστος πρειγεία πρειγεύω (locos plurimos attulit Herforth, dial. Cret. § 11, II, 5) praeter primarium πρεσγευτάς (Le Bas 64,4) pro vulg. πρεσβευτής (v. Meyer § 115). — Deinde apud Cretenses ἔγγονος non ex ἔκγονος, sed ex ἔσγονος, quam esse primigeniam Cretensium formam titulorum antiquissimorum auctoritate (cf. C² 132, 32 acc. pl. ἐσγόνος) confirmatur, coaluisse grammaticis hodie non est ignotum. In Boeoticis titulis (SGDI I) ter legitur

ἔγγονος, quod ipsum quoque, cum ἔκγονος tantum quater, ἔσγονος autem saepissime scalptum reperiatur, ex ἔσγονος forma prodisse videtur.

III. De γγ ex τγ adsimulatis. Litterae τγ conformatae non apparent nisi ubi praepositiones κατά et ποτί apocopatae attingebantur vocibus quae ab γ incipiunt, in dialectis: a) epica: κὰγ γόνυ (Υ 458), cf. Sapph. 44 κὰγ γόνων — b) Boeotica: κὰγ γᾶν (SGDI 719, 9) — c) Achaica: καγγραφά (tit. Dymae rep. ibd. 1614 c) = Att. καταγραφή — d) Cyprica: κάγρα · καταφαγᾶς . Σαλαμίνιοι (H.) pro κάγγρα : ex *κατάγρας, cf. gl. γρᾶ · φάγε . Κύπριοι — e) Thessalica: in tit. Phal. τοῖς πυκγραψαμένοις (SGDI 1329 I a, 16) pro πογγραψαμένοις ex ποτ(ι)γραψαμένοις.

Adnotatio. Ceteris in vocibus ubicumque geminum γ reperitur, pro ñg usurpatum est et in mediis vocibus (ἄγγελος) et in commissura compositorum (SGDI 3342, 36 ἀγγράφοντι) et in duarum vocum contactu (saepius in titulis uti C² 121 A, 30 τὰγ γᾶν = τὴν γῆν; Le Bas 72, 43 τὸγ γραμματέα).

§ 7. De labialibus Π et Β geminatis.

A. De Π labiali geminata.

I. De ππ ex τπ adsimulatis. Huius modi adsimulationem accipiebat praepositio κατά apocopata, cum ante voces ab π incipientes erat posita, in dialectis: a) epica: 1. sg. κάππεσον (Λ 593) et 3. pl. κάππεσον (ter) — κάππεσε(ν) vel κάππεσ' (sedecies) — καππεσέτην (Ε 560) — κὰπ πεδίον (Λ 167). — b) Thessalica: titt. Lar. κὰπ παντός (SGDI 345, 46) pro κατὰ παντός. — c) Dorica: καππώτας (Paus. III, 22, 1) i. e. καταπαύτης (sc. λεύς) lapis, in quo Orestes consedit. — καππυρίζω (Theocr. 2, 24). — Doriensibus ascribam Hesychii gll. κάππαστον · ποικίλον i. e. κατάπαστον et καππετών · καταπεσών. — Linguam Doricam nec non epicam imitati cum Aeschylus Ag. 1553 in cantico anapaestico κάππεσε (cf. ibd. κάτθανε) dixit tum Pindarus N. 9, 15 (35) καππαύει et geminata ad simplicem reducta O. 8, 38 [50] κάπετον = Att. κατέπεσον. — d) Cyprica. Ex Cyprii sermonis more gemina in simplicem abiit idque in formis verborum καταπατάω et ἐγ-κατα-πατάω hisce καπάτα (cod. κὰπατᾶ) · κατακόψεις (fut. pro imp. aor. κατάκοψον). Πάφιοι et καπατάς · καθορῶν . παρὰ Εὔκλῳ (cod. κάπατας · καθορόν . παρὰ Εὐηλῶν) et ἰνκαπάταόν (cod. ἰνκατάπαόν) · ἐγκατάβλεψον, quas ad formas cf. Meister II, 279 — tum in imper. κάπωθι (SGDI 68) i. e. κάππωθι, quem Meistero II, 158 auctore ex κατ(ά)πωθι natum esse censeo.

II. De ππ ex μπ adsimulatis. Singula in singulis dialectis apparent exempla: a) Boeotica: ἔππασις et ἔπασις (saepius in titulis) : ex ἔμπασις atque τάππάματα = τὰ ἐμπάματα, Att. τὰ ἐγκτήματα; v. Meyer § 274 et Meister I, 266 neque sunt audiendi J. Schmidt et Kretzschmer KZ. 31, 424 sq. — Ὀλυππίχη ex Ὀλυμπίχη (v. Fleck. J. 1882, 525). — b) Laconicum: Γλυππία iuxta Γλυμπία, v. Ahrens II, 104. — c) Cretica: Urbis Creticae occurrit nomen Λάππα et Λάμπα (vulgo Λάμπη) eiusque incolarum Λαππαῖοι et Λαμπαῖοι; formae conformatae leguntur et in monetarum inscriptionibus Λαππαίων et Λαμπαίων et in titulis veluti CBH 1885, 8, 2. 3. 5 all. Λάππα et Λαππαίοι. — Porro in titulo Cret. in Mus. it. I, 145, 63 edito invenitur (πε)ριαππέ[τι]ς, quod quin sit cum περιαμπέτιξ in simillima inscriptione (CIG 2554) quinquies posito conferendum, non est dubium. — Denique in eiusdem Mus. it. I, 144, 32 titulo Cretico exhibetur ποππά[ν] pro πομπάν i. e. Att. πομπήν. — d) Italicum. Formam Κάππανο et Κάμπανο in monetis Campanicis legi Ahrens I, 213 refert. — e) Ubicumque vero simplex π pro primario μπ legitur, uti in titulis et Megar. Λάπιχος (SGDI 3025, 56) pro Λάμπιχος praeter Ὀλυμπίχου (ibd. 3020, 23) et Selymbr. Σαλυπριανός (SGDI 3073) iuxta Σαλυμβρία (ibd. 3069, 1) et Arcad. Ὄλυπος vel Ἄλυπος (ibd. 1214, 6) iuxta frequentem in titulis Arcadicis formam Ὀλύμπια et Euboic. Πόπις ac Ποπάδης (IGA 378 nr. 319. 320) iuxta Πόμπιος (in tit. Sam., Becht. IID 214), ibi nasalem μ esse elapsam, non adaequatam statuendum iudico.

III. De ππ ex σπ adsimulatis. Hanc singularem adsimulationem in uno Boeotico nomine proprio ϝυνόππαστος (tit. Tanagr. SGDI 936) ex *ϝοινόσπαστος (vini potator) profecto R. Meister, KZ. 31, 310 sibi detexisse videtur.

Adnotatio. Vocem non frequentem δρύππα (A. P. 6, 299) = Lat. *druppa* (fracida oliva), quae est e Graecia translata, per syncopen ex *δρύπεπα natam esse demonstrat nomen Atticum δρυπεπής pl. δρυπεπεῖς. — Hesychii glossam ἄππιρ · ὕσπληξ . Λάκ. Ahrens II, 72 suo iure in ἄπεϊρ = ἄφεσις emendavit atque glossa καππάτια · γυναικεῖα ἱμάτια ex καπήλτια esse corrupta videtur; cf. gl. καπήλτια · γυναικεῖα ἱμάτια.

B. De *B* labiali geminata.

I. De ββ ex τβ et πβ adsimulatione regressiva factis. Praepositionum κατά ἀπό ὑπό, ubi per apocopen vocalem ultimam abiecerant, consonantes τ π exeuntes cum ineunti quae in vocum commissura sequebatur β labiali interdum adaequabantur in dialectis: a) epica: κάββαλε (*E* 343. *M* 206. Hes. *Θ*. 189; cf. Alc. 27 κάββαλε), sed in nonnullis codd. κάμβαλε (v. Kühner I, 1^2, 270 adn. 2) — ὑββάλλειν (*T* 80); cf. ἄββαλεν (Theodos. ap. Suid. p. 64) = ἀπ-έβαλεν et ἄββασκε (gramm. ap. Egenolffium, progr. Heidelb. 1888 p. 10) = ἀπόβασκε. — b) Dorica. In Pind. N. 6, 58 (87) codices tradunt καββάς et καμβάς = Att. καταβάς. — Cretensium dialecto vb. καββαλεῖν Gregorius Corinthius tribuit. — Ex Laconum sermone sunt deprompta καββαλικός (Plut. apophth. Lacon. 69 [mor. p. 236 E], cf. Galen. V, 893 K.) et καββαλόντας (Plut. Lys. 14), porro geminatis ad simplices redactis καβαίνων (Alcm. 38, vulgo καββαίνων) Hesychiique gll. κάβασι · κατάβηθι . Λάκ. et κάβλημα · περίστρωμα . Λάκ. — c) Cypriea. Altero β abiecto traduntur ab Hesychio κάβλη · μάνδαλος . Πάφιοι : ex *κάββλη i. e. καταβλής, et καβλέει · καταπίνει (deest ethnicon) : ex *καββλέει i. e. καταβλέει.

II. De ββ ex μβ adsimulatis. Exempla sunt admodum rara eaque, quae si quis culpae scalptorum vel librariorum imputaret, vix posset redargui. Sunt autem haec: a) in tit. Delphico (SGDI 1784, 22) Ἄθαββος, at in aliis tit. Delph. Ἄθαμβος (ibd. 1730. 1769 al.) vel Ἄθανβος (ibd. 1778. 1782 al.). — b) bis in tit. Thessalico (BCH 1891, 327) Τορύββας, nomen victoris cuiusdam Olympici, qui ap. Dion. Halic. 10, 1 Τορύμβας audit. — c) in tit. Atticis Ἀρύββας (CIA II, 115), Molossorum regis nomen, quod praeterea et Ἀρύβας (Paus 1, 11, 1) et Ἀρύμβας (Diod. Sic. 16, 72. 19, 88, cf. Voemel ad Demosth. 1, 13) traditur, et ξυββάλλεσθαι in decreto ab a. 368 a. Chr. (CIA II Add. et Corr. 52c 11), quod et aliis eminet anomaliis (Λέσσβον, ἐχ Λέσβοι pro Λέσβον, ἐκ Λέσβου) sine dubio scalptoris culpa. At non adsimulatione, sed vel nasalatione (sit verbo venia!) quadam antecedentis vocalis vel omissione consonantis μ factae sunt formae inscriptionum et Atticarum Θίβρων praeter Θίμβρων (CIA II, 231, 6) atque Σαλυβρίαν (CIA IVb, 491, 12) pro Σαλυμβρίαν et Ionicarum Κόσυβος (in lamellis Euboicis nr. 227) pro Κόσυμβος (cf. nr. 299 Ῥύμβος), cf. Ὀφάλιος (ibd. nr. 196) pro Ὀμφάλιος — Πάβις (Becht. IID 152) pro Πάμβις ex Πάμβιος; cf. sub A Πόπις pro Πόμπις. — d) in Hesychii glossis: κύββα · ποτήριον, quam cum κύμβη = Lat. *cumba* vel *cymba* et Sct. *kumbhas* conferre licet; eodemque spectare videtur gl. κίββα · πήρα . Αἰτωλοί; de R. κυμβ vel κυβ v. Vanič. 163 sq. — σίββα · πήρα, cf. σίμβ-λος (alveare).

§ 8. De dentali *T* geminata.

I. De ττ ex στ adsimulatis. Haud pauca huius adsimulationis, quae recentiore et recentissimo linguae Graecae aevo apparebat, exempla cum aliae tum dialecti Doricae exhibent. — a) Dialecti Laconicae exempla: ἄ-ττασι · ἀνά-στηθι . Λάκ. (H.) : ex *ἄν(α)-στασι — ἀτταφούλιττορ (ex Mauricii Schmidti certa emendatione; cod. ἀπαφούλιστορ) · σταφυλῖνος . Λάκ. (H.): ex ἀσταφύλιστος, cf. gl. ἀσταφύλινος · σταφυλῖνος (Diocl. ap. Ath. 371 D) — βέττον · ἔστον (E. M. 195, 46), cf. Hes. gl. βέστον · τὸ ἱμάτιον ὑπὸ Λακώνων, οἱ δὲ βέττον. — Ludolfo Ahrens

II, 103 et Mauricio Schmidt auctoribus Laconum dialecto ascribam Hesychii glossemata: ἐττία · ἑστία — ἐττάκαν (Meyer § 268 falso ἔτταϱαν) · ἔστησαν — μύττακες · μυκαί Σικελοί . Λάκωνες (M. Schmidt pro cod. Ἴωνες) πώγωνα, quae glossa explanatur aliis hisce μύσταξ (cf. Theocr. 14, 4) · αἱ ἐπὶ τῷ ἄνω χείλει τρίχες (cf. Francogallorum *moustache*) et βύσταγα · πώγωνα (cf. Antiph. Com. III, p. 22) et fortasse etiam gl. μάσταξ · . . . στόμα. — Praeterea Laconibus vel Cretensibus esse vindicandas censeo hasce glossas sine ethnico propositas: ἀπορρυτ(τ)αλίξαι · ἀποσπάσαι, qui est infinitivus aor. verbi ἀπορρυσταλίζω derivati ab Homerico ἀπο-ρυστάζω (v. *Ω* 755). — διαμέττας (cod. διαμέττης) · ψεύστης . ἀπατεών collatis gll. διαμέσταν · ἀλαζόνα . ἐξαλλάκτην et διαμεύστας · ἀλαζόνας. — ἐπίπ[λ]αττορ (cod. ἐπίπλατορ) · πλακοῦντος εἶδος : ex ἐπίπ[λ]αστος, cf. Ar. Eqq. 103. 1089 τὰ ἐπίπαστα cum scholiastae adnotatione : πλακοῦσι γὰρ ἐπέπασσον ἁλμυρά · καὶ διὰ τοῦτο ἐπίπαστα. — μεττρία · εὔθυνα ἄρχοντος γεγονότος, quam M. Schmidt nescio an iure Creticam esse contendit; conferendae sunt gll. μαστρίαι · αἱ τῶν ἀρχόντων εὔθυναι et μάστροι · παρὰ Ῥοδίοις βουλευταί . οἱ καὶ μαστῆρες, quibus quidem litteras ττ in voce μεττρία ex στ adsimulatas esse demonstratur. — μυττόρ (cod μυττός) · ἐνεός et μύττιρ (cod. μύτις) · ἐνεός eorumque derivata μυττίδαρ (cod. μυττιλανός) · ἀπόπληκτος et μύττιλορ (cod. μύτιλον) · ὁ νήπιος καὶ ὁ νέος, quas cum glossis μύστα μύστης μύστις convenire arbitror; aliter Kretzschmer KZ. 30, 580 iudicavit neque vero mihi persuasit. — Denique gl. Laconicam vehementer corruptam κίττεα · ἄκιτος. Λάκ. Musurus emendavit in κίττεορ (malim equidem κίττορ) · ὁ κιττός hedera (malim ὁ κίστος cistus, quia in Laconico sermone ττ pro σσ usurpatum esse nullo adhuc exemplo probatur). — b) Tarentinorum et Syracusanorum exempla: Hes. gl. Ἄφραττος · ἡ Ἑκάτη παρὰ Ταραντίνοις pro ἄφραστος; ἄφραστον autem Hecaten dici i. e. invisibilem facile credas. — Valde vero dubia sunt exempla in Hieronis vasculo (CIG 8219) depicta κάλιτος Νικοτράτη Καλιτράστη pro κάλλιστος Νικοστράτη Καλλιστράτη, quas formas incuriae pictoris an quasi cuidam parsimoniae imputes, in ambiguo est. — c) Dialecti Creticae et Argivae exempla: leg. Gort. IX, 48 μέττες vel μέττ' ἐς : ex *μέστε-ς vel μέστ' ἐς (v. Baunack, Gortyn p. 44 sq), at aliis in tit. Creticis μέστα = μέχρι. — Hesychii gl. ἴττον · ἕν . Κρῆτες, quae duplicem in modum explanata est . Baunack quidem Gortyn p. 44 sq. collato dativο ἰᾷ (leg. Gort. VII, 23) = *uni* formam primariam ἰϝοστόν = *unum* statuit; at nec quo iure -στός suffixum cardinalibus vindicaverit nec cur vocalis ο evanuerit, plane exposuit. Contra Hey, dial. Cret. p. 12 ἕν in ἐν emendavit atque assentiente Meyero (§ 58) ἴττον ex ἴντον (= Lat. *intus*) adsimulatum esse iudicat; at nec suffixi adverbialis -τον (= Lat. *-tus*) neque consonantium ντ in ττ adsimulatarum in Graeca lingua ullum exstat vestigium. Itaque tertiam equidem rationem proponam hanc: glossam scribendam esse ἰττόν · ἐν . Κρ. atque ἰττόν ex *ἰνς-τόν h. e. ex praepositione ἰνς vel ἰς = ἐνς pro vulg. εἰς et accusativo sg. masc. articuli τόν adsimulatione coaluisse. Quod autem Hesychius, quippe quem in hoc coalitu articulus lateret, in explanatione ἐν pro εἰς posuit, vix est mirandum. De elisione nasalis ν ante σ v. Meyer § 296. Cretica praepositionis forma ἰς re vera nuper reperta est in titt. Oaxiis et Lyttiis (v. Mus. it. II, 129 sq. 151 sq.) itemque praepositio ἰν = ἐν ibidem atque in tit. Cret. CIA II, 547, 8. Hanc eandem adsimulandi rationem inter tituli Argivi (Fleck. J. 1891, 559) litteras ἐτόν(ς) i. e. ἐττόνς ex *ἐστόνς < *ἐνς τόνς = Att. εἰς τούς intercedere suadet praepositionis forma quae bis in eodem titulo legitur ἐνς (Ἀθαναίαν). — d) Dialecti Eliacae exemplum: ἴττεον · οὐσία . Ἠλεῖοι (H.) pro ἰστέον = ἐστέον, cf. Baunack, Curt. Stud. X, 111. — e) Dialecti Boeoticae exempla: ἐπιχαρίττως (Ar. Ach. 867) — ἐσσαρχάσαττη (tit. Theb. SGDI 717, 2) — ἔττε (tit. Orch. SGDI 491, 13. 14) = ἔστε — ἴττω (Ar. Ach. 860) — Aesch. Sept. 460 Νήϊτται (sc. πύλαι), Thebarum quaedam porta; at Eur. Phoen. 1104 Νηΐσταις πύλαις, cf. νήϊστα · ἔσχατα (H.) Quas formationes inferiori dialecti Boeoticae aevo ascribendas esse docent formae vetustiorum inscriptionum uti ἐφάπτεστη ϝίστορες κτλ. (v. Meister I, 265). — f) Dialecti Aetolicae et Epiroticae exempla:

῾Ερμάττιος (SGDI 1415, 35. 1843, 4), quod nomen appellativum ex ῾Ερμάστιος ab Aetoliae urbis nomine ῾Ερμάστα (CIG III 4315) originem traxisse veri simillimum est. In titulo Argolico (SGDI 3300) nomen Atheniensis cuiusdam ῾Ερμάττιος est exsculptum, quod advenae Aetoli cuiusdam Athenas peregrinati fuisse puto; nam nominis proprii ῾Ερμησικράτης vel similis hypocoristicum Atticis ῾Ερμήσιος vel Ερμήττιος erat fingendum. — Similiter fortasse nom. appell. Σπάττιος (tit. Aetol. SGDI 1415, 34) ad vici cuiusdam litteris non traditi nomen *Σπάστα redigendum est. — Tituli Dodonaei (SGDI 1356, 3) ϝαττίδας (= *᾿Αστίδης) aequaverim cum nominibus propriis Boeoticis ϝαστίας (ibd. 425. 486. 1146) ϝάστιος (ibd. 491) ϝαστίνιος (ibd. 476, 13). — g) Dialecti Thessalicae exempla. Adsimulatio non reperitur nisi in nominibus propriis hisce hypocoristice fictis: masc. ᾿Αττύλας (SGDI 332) et fem. ᾿Αττύλα (ibd. 340), quae a nom. pr. Thess. ᾿Αστύλος (ibd. 326 II, 33) seiungere vix licet, atque ῎Αττιος et ᾿Αττῖνος (MAI VII, 346. ᾿Αττ. ἐπιγρ. ἐπιτ. nr. 1813), quae eiusdem atque ᾿Αστίης ᾿Αστέας (v. Fick P. N. p. 17) sunt originis. Baunackii (Stud. I, 22) opinioni, qui nomina ᾿Αττύλα(ς) et ῎Αττιος ᾿Αττῖνος a subst. *ἄσσα (ex *ἄκ̯ια = aqua) descendere vult, obstat quod litterae ττ pro σσ positae a Thessalorum sermone abhorrent. Deinde bis legitur in tit. quodam Thess. Φαϊττίων (SGDI 1279), quod appellativum ab urbis nomine Φαιστός (cf. Liv. 36, 13 Phaestum) originem duxit. — h) Aevi Romani exemplum. In titulis (v. Orelli 2466) crebro n. pr. ᾿Αμέθυττος, quod Plutarcho Quaest. symp. 3, 1, 6 teste pro ᾿Αμέθυστος dicebatur, exaratum reperitur.

Adnotatio. In v. Cret. μαῖτυς, quam leges Gortyniae vicies pro μάρτυς exhibent, Baunack Gortyn p. 41 sq. adsimulationem (μάρτυς > *μαίρτυς > *μαίττυς > μαῖτυς) peculiari quodam liquidae ρ sono excitatam agnovit; at eius opinioni earundem legum formae ἀρτύεν (XII, 32) et ῎Αρτεμιν (III, 7) repugnant. Quamobrem fieri non potest, quin ρ ante ι evanuisse statuamus veluti ante σ vel σσ in ᾿Αρτασέσσεω (CIG 2919): ex ᾿Αρταξέρξεω et Hes. gl. κισσός · ὁ κιρσός. ᾿Αχαιοί: ex *κιρσσός, cf. κρισσός (Hippiatr.) et κριξός (Dor.).

II. De ττ ex κτ adsimulatis. Haec adsimulatio comparuit in dialecto Cretica recentiore atque aliquatenus in Argivorum Locrorumque sermone. Exempla cum tituli tum glossographi suppeditant. Commode Pott Et. Forsch. huic usui confert vernacula *Lattich* (ex lactuca), *Dattel* (ex δάκτυλος), *Attich* (ex ἀκτέα). — a) Singulae Cretensium voces sunt: ἐν νυττί (Gort. II, 14): ἐν νυκτί — Λύττος (C^2 117, 3. Steph. Byz. 422, 7) iuxta Λύκτος, urbs in Creta sita, eiusque incolarum nomen Λύττιοι (C^2 117 saepius, BCH 1885 nr. 19. 20; omnino adhuc duodevicies in titulis Creticis) nec non Λύκτιος (C^2 117, 21. 23); quod nomen iam Stephanus Byz. 422, 5 recte explanavit verbis: τὸ γὰρ ἄνω καὶ ὑψηλὸν λυττόν φασιν atque Hesychius attulit gl. λυττοί · οἱ ὑψηλοὶ (accuratius περίσκεπτοι) τόποι. Hoc ipsum adi. Cret. λυττός ex *λυκτός est ortum a R. λυκ = Lat. *luc* (vb. *lucere*), v. Curt. Et. 159. — Iure Cretensibus tribuuntur quae Hesychius affert glossemata non additis ethnicis nominibus: διώττας · ἐργοδιώκτας — ἐττῶν · ἐκ τῶν — ὑφεττόν · ὑπομόνητον : ex ὑφ-εκτόν. Atque geminata simplici consonante scripta: βατηρίαν · ῥάβδον καὶ βακτηρίαν — ᾿Επιδώτας · Ζεύς: ex ᾿Επιδιώκτας. Adde ex Cram. anecd. Ox. II, 292, 23 Νυττέρειον · ὄνομα λιμένος i. e. Νυκτέρειον, cf. nomen pr. Νυκτιπόρος (Luc. v. h. 2, 33). — Non satis certa sunt: ἀφραττίᾳ (ex probabili Helbigii p. 22 emendatione pro codicis ἀφρατίας) · ἰσχυρῶς. Κρ.: ex ἀφρακτίᾳ. — κολάττη (acc. heterocl.) · κόλακα pro *κολάκτην neque est cur Helbigium κολάττην emendantem sequamur. — λάττα · μυῖα. Πολυρρήνιοι Helbig, dial. Cret. 17 collato alio muscae nomine θάπτα a R. λακ vel ϝλακ (v. Vanič. 406) ex *λάκτα natum esse censet. — ἰέττας · πατέρας. Κρῆτες ἢ (Helbig recte καὶ) τοὺς ἀγρίους τράγους. Sed fortasse glossa ab Hesychio falso confusa est ex duabus hisce: τέττας · πατέρας et ἰέττας · τοὺς ἀγρίους τράγους. Κρ., quarum τέττα (cf. Hom. Δ 412) hypocoristice usurpatur pro vocat. πάτερ (v. in tertiae partis cap. 3) atque ἰέττας (ex *ἰϝέκτας) Voretzsch haud male cum Lat. *ibex* comparavit. — b) Dialecti Argivae et Locrensis exempla. In tit. Arg. (Fleck. J. 1891, 559) legitur ἐτᾶς i. e. ἐττᾶς: ex ἐκ τᾶς. — Item in tit.

Locrorum Ozolarum Oeantheae reperto (SGDI 1479) bis exstat ἐτᾶς i. e. ἐττᾶς ex ἐκ τᾶς scalptum; cf. κἐκοινάνων (ibd. 1478, 5) i. e. καὶ ἐκ κοινάνων, sed ἐκ Κρανίων (ibd. 1505), ἐγ Ναυπάκτω (ibd. 1478 A, 15).

Adnotatio. Cum in Atticorum sermone nec κτ nec στ secundariam adsimulationem in ττ perpessa sint, errare mihi quidem videntur et qui Atticae nomen ᾿Αττική ex ᾿Ακτική (Angermann, Curt. Stud. IX, 252 sqq.) et qui ex ᾿Αστική (Curt. Et. 657) prodisse censeant. Rectam autem viam ingressus est Baunack, qui in Stud. Nicol. p. 26 sq. a R. *ak* (*aqua*) formata statuerit subst. *ἄσσα = Att. *ἄττα (ex *ἄκjα) atque adi. ἀττικός (maritimus), ut sit ᾿Αττική (sc. χώρα) = „Seeland".

III. De ττ ex πτ adsimulatis. In recentioribus quibusdam linguae Doricae dialectis et in sermone Thessalico aliquatenus litterae πτ ad ττ adaequantur. — a) Linguae Doricae exempla. Certissima traduntur in legibus Gortyniis, in quibus bis et vicies comparet ἐγράτται, semel ἔγραττο (XII, 18), bis simplici τ exarato ἐγράται (VII, 47. VI, 15) pro Att. γέγραπται et ἐγέγραπτο, praeterea πέντον (II, 39) ex *πέντ-τον pro πέμπτον. Addendum est ἑττά i. e. ἑπτά, quod Blass (Kühner I, 1^2 p. 267) affert, et ex quodam titulo Lebenio (Philol. 1890, 592) ἤγράτται i. e. γέγραπται; contra alii tituli Cretici formas exhibent non adsimulatas uti C^2 120, 41 προγεγράπται. — Deinde quin Hesychii glossae κόττειν · τύπτειν δόρατι (cod. δορατεῖν) et παρακόιτει (cod. perperam -κοττεῖ) · παραφρονεῖ ad verbum κόπτειν referendae sint, nemo erit qui dubitet. Hic apponam κοττίδικα · πλατάγη. κρόταλον: ex κοπτίδικα; quod quidem glossema ex duobus κοττίδικα · —. — · πλατάγη (rectius πλαταγή), κρόταλον conflatum esse videtur, ut exciderit alterius explicatio velut ἄδικα, ἄπιστα, alterius lemma κοττίς (alea), cf. glossam κοτίς pro κοττίς ex Hippocr. II, p. 223 K depromptam. Cum voce κοττίδικα ex comico quodam ut videtur allata conferre licet Ciceronis *foedifragi Poeni* (off. 1, 12, 38), atque subst. κοττίς (et κόττος) alea eiusque derivata κοττίζω (alea ludere), κοττισμός, κοττιστής glossographi scriptoresque aetate inferiores uti Io. Malalas p. 451, 18 testantur. Vocibus vero κοττίς πλαταγή κρόταλον omnibus subest significatio strepitus excitandi. Tum veterum grammaticorum auctoritem secutus sic conicio, a Dorica forma verbi κόπτειν prodisse subst. κότταβος (ex *κόπτ-αβο-ς), quia ludus ille ex Sicilia in Graeciam translatus est, eiusque derivata κοτταβίς κοτταβεῖον (κοττάβιον) κοτταβίζω κοττάβισις κοτταβικός κοτταβισμός atque in Ionico demum sermone ad instar multarum aliarum vocum spirantes σσ (κόσσαβος κοσσαβίζω κτλ.) in locum explosivarum ττ sese insinuasse putaverim. — Pari modo haud scio an voces a glossographis traditas Doriensibusque attributas explanari liceat: κοττίς (et κοτίς) · κεφαλή (Poll. Phot.): ex *κοπτίς, cf. κάπ-ια · σκόροδα. Κερυνῖται (H.) — προκοττίς · ἡ χαίτη (H.) et πρόκοττα (Poll.) frontale — κόττικοι · αἱ περικεφαλαῖαι (H.) — κοττάρια · τὰ ἄκρα τῆς κέγχρου (H.): ex *κοπ-τάρια, cf. Lat. *caput, capit-is.* — κοττός · ὄρνις vel ἀλεκτρυών (gallus), id quod concludere licet ex verbis glossae πρόκοττα additis: καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες κοττοὶ διὰ τὸν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ λόφον; apud alios scriptores significat κόττος vel genus piscium magnis capitibus praeditorum (Arist. ha. 4, 8) vel gigantem quendam (Hes. Θ. 149. Apollod. 1, 1). — Denique hac ratione Baunack Stud. I, 42 interpretatus est Hesychii gll. ἀλάτωρ (cod. ἀλήτωρ) · ἱερεύς i. e. ἀλάττωρ ex ἀλάπτωρ (cf. Hes. ἀλήπτωρ · ἱερεύς) et γναταί · ἀκταί i. e. γνατταί ex γναπταί pro *γναμπταί (cf. Hes. γνάπτει · κάμπτει). — b) Dialecti Thessalicae exempla. Leguntur in tit. Lar. (SGDI 345) l. 46 ἀττᾶν (κοινᾶν ποθόδουν) i. e. ἀπὸ τῶν (κοινῶν προσόδων) itemque in tit. Crann. (ibd. 361 A, 14) ἀ]ττ[ᾶν] κοινάουν ποθόδουν, l. 12 ἀττᾶς (πρεσβείας) i. e. ἀπὸ τῆς πρ., l. 14 ἐττοῖ (παρεόντος) i. e. ἐπὶ τοῦ παρόντος itemque in tit. Crann. (SGDI 361 B, 14) ἐττᾷ i. e. ἐπὶ τῇ, denique bis l. 79 Λεττίναιος, quod est patronymicum nominis proprii Λεττίνας (Att. Λεπτίνης), cf. in tit. Achaico (SGDI 1612, 35) Λεπτίνας. — porro in tit. quodam Thess. SGDI 1330 οἱ ττολίαρχοι et ἀρχιττολιαρχέντος, sed in titulo Larissaeo modo citato ubique πόλις; in forma Τολεμαῖος, quae pro Πτολεμαῖος in titulo quodam Thess. (MAI 1890, 316) sculpta invenitur,

litteram π esse abiectam opinari licet. — c) Ad extremum addo Σανδρόκοττος et Ἀνδρόκοττος iuxta Σανδράκοτος Ἀνδρόκοπος Σανδρόκυπτος, quod est regis Pasiorum nomen ex lingua Indica receptum *Candraguptas* (v. Meyer § 261).

§ 9. De dentali Δ geminata.

A. De δδ ex τδ γδ ϱδ adsimulatione regressiva natis.

I. *De δδ ex τδ adsimulatis.* Praepositiones κατά et ποτί apocopatae ante voces a media δ incipientes collocatae adsimulabantur in dialectis: α) epica: καδδραθέτην (ο 493) pro κατ(ε)δραθέτην — καδδῦσαι (Τ 25) — κὰδ δέ (Ξ 435 saepiusque, item ap. Hesiodum), cf. Alc. 36, 3. Sapph. 2, 13. 32 κὰδ δέ — κὰδ δώματα (δ 72) — κὰδ δύναμιν (Hes. Ἔ. 336) — β) Italiotarum Heracleensi: in tab. Heracl. I προκαδδεδικάσθω (C² 40, 123. 171) — γ) Argiva: κα(δ)δικασσαίεν (C² 58, 7) — δ) Eliaca: κα(δ)δαλέοιτο (SGDI 1149, 8) et κα(δ)δαλήμενοι (ibd. l. 6/7) = Att. καταδηλοῖτο et καταδηλημένῳ — ε) Cyprica: κά(δ)δαμος· τυφλός. Σαλαμίνιοι (H.) ex κατ(ά)δαμος (v. Meister II, 327) — ζ) Boeotica: πὸδ Δάφνη (SGDI 952).

II. *De δδ ex γδ (< κδ) adsimulatis.* Duo adhuc exstant exempla praepositionis ἐγ ex ἐκ factae, quae praeterea simplicem pro geminata dentali habent: in tit. Argivo (Fleck. J. 1891, 559) ἐδίκας i. e. ἐδδίκας pro ἐκ δίκας — in tit. Locrensi Naupacti reperto (IGA 321) ἐ(δ)δάμω pro ἐγ δάμω = Att. ἐκ δήμου, cf. in eodem titulo ἐ(τ)τᾶς pro ἐκ τᾶς (v. Meyer § 276).

III. *De δδ ex ϱδ adsimulatis.* Haec adsimulatio non usu venit nisi in vocum commissura. — α) In dialecto Cretica habent leges Gortyniae: VI, 2 πατὴδ δώῃ (vivat) — III, 20. 29 ὁ ἀνὴδ δοῖ vel δῷ (dat vel det) — IX, 41 πατὴδώῃ i. e. πατὴδ δώῃ — XI, 44 ὑπὲδὲ τᾶς i. e. ὑπὲδ δὲ τᾶς = Att. ὑπὲϱ δὲ τῆς — semel tantum non adsimulatum πατὴϱ δωός vel δωώσιον (IV, 49). — β) Dorici maris Aegaei tituli offerunt in praepositione παϱά apocopata gemino δ attenuato: πὰ Δάματϱα (tit. Cnid. SGDI 3536, 20) i. e. πὰδ Δάματϱα = Att. παϱά Δήμητϱα — πὰ Δάματϱι (ibd. 3542, 11) — ad haec recte restitutum ibd. 3543, 5 π[ὰ] Δάματϱ[α].

B. De δδ ex σδ adsimulatione regressiva natis.

Antiquissima linguae Graecae aetate litteras δj et γj dialecti aliae in σδ (= *zd*) aliae in δσ (= *dz*) mutabant perinde ac litterae τj et κj ab illis in στ (= *st*) ab his in τσ (= *ts*) transformabantur; quam quidem assibilationem quae dicitur prorsus convenire cum Slavicarum linguarum consuetudine *dja* et *tja* litteras aut in *žda* et *šta* aut in *dza* et *tsa* (*ca*) mutandi dignum videtur quod commemorem. Quibus autem in dialectis haec, in quibus illa exstiterit transformatio, in tertia huius commentationis parte demonstrare proposui. Atque porro sicuti *στ (*st*) ad ττ et *τσ (*ts*) ad σσ adaequabatur, pari modo σδ (*zd*) ad δδ et *δσ (*dz*) pedetemptim ad *σσ (= *zz*) adsimulatum est. Sed quod difficillimum est demonstrare, utra adsimulatio harum consonantium σδ et *δσ singulis in dialectis usu venerit, eius rei causa in ipsis litteris Graecorum est. In Ionica enim dialecto ab initio consonans gemina *δσ ex δj vel γj profecta peculiari illa littera ζ notabatur, quae una cum aliis litterarum formis ab Atticis aliisque Graeciae populis asciscebatur exceptis Lesbiis qui ipsam pronuntiandi rationem secuti litteras duas σδ ponere praeoptaverant. Uti vero *στ ad ττ, sic in compluribus dialectis, quae sunt Boeotica, Eliaca, Laconica, Cretica, serius ocius litterae σδ in δδ geminas adsimulabantur, quae ut in vocum fronte in simplices abirent, ex linguae Graecae natura et legibus est factum. Deinde medias δδ vel δ in Cretico sermone recentiore ad tenues ττ vel τ progressas esse compluria testantur exempla, ex aliis vero dialectis certa afferri nequeunt. Quae quidem mea sententia de geminatis ττ et δδ ex *στ et *σδ ortis imprimis ea re fulcitur et confirmatur, quod in illis quas modo citavi dialectis ceterae quoque consonantes στ atque σθ inter sese contingentes in ττ et τθ (θθ) nec non in Cretica σ + δ in

vocum commissura et compositione adsimulando in δδ transire solebant. Itemque hac adsimulationis ratione litteras δδ quae pro vulgaris linguae littera ζ ponuntur re vera medias geminatas, non id quod Meister I, 263, Meyer §§ 260. 283 aliique docent spirantes interdentales *đđ* esse dilucide probatur. Quod autem in titulis (in plerisque nonnumquam, in Eliacis constanter) simplices δ pro geminis δδ scriptae leguntur, ex scalptorum more geminatas signare supersedentium intellegendum est. Quod contra in Alexandrini et Romani aevi inscriptionibus, quae ad illas dialectos pertinent, haud raro littera ζ (v. in decretis de asylo Teio Creticis C² 123, 40. 125, 34 ἀζαμίοι; 124, 18 ἀσπαζόμεθα; in tit. Cret. Apterae reperto C² 130 ὁϱμιζέσθαι) posita est et litterae σ + δ in vocum Creticarum commissura (v. C² 122, 7 ἀποδόντες διελέγεν; 124, 4 ὑπαϱχόντες διά; 127 ὁμοίως δέ; 129 τὸς δέ) et consonae στ (v. in tit. Lacon. C² 30, 20 Καϱύστιον; 32, 6/7 πίστεως; 36, 13 ἀϱίστω) non adsimulatae exstant, tantum abest, ut ex antiquo illo tempore servatas esse credam, ut ex communis linguae vi et auctoritate fluxisse mihi persuaserim. Iam accedamus ad enarranda exempla singula.

I. De σ + δ in vocum commissura ad δδ adsimulatis.

a) Dialecti Creticae exempla. Leges Gortyniae σ + δ adsimulatas sedecies, non adsimulatas decies exhibent; adsimulatarum consonantium exempla sunt: VII, 32 τᾶδ δέ — VII, 22 υἱέεδ δέ — XI, 19 τοῖδ δέ — V, 7 ταῖδ δέ — V, 52 δατιομένοιδ δέ — IV, 41 τὰδ δὲ θυγατέϱανς — VII, 29 πλίαδ δέ — III, 50 ὁϱκιωτέϱωδ δ' ἦμεν — VII, 29 ἆδ δέ — IV, 25 τᾶδ δαίσιος — I, 49 τᾶδ δίκας — V, 2 πατϱὸδ δόντος — XI, 15 ἐδ δικαστήϱιον — VI, 46 ἐδ δυ . . . simplex δ bis reperitur scalptum: IX, 34 ἀνδοκᾶδέκεν i. e. ἀνδοχᾶδ δ' ἔχεν — XI, 51 τᾶδίκας i. e. τᾶδ δίκας. — In alio tit. Cret. (IGA 477) ἐδδιήται: ex ἐς-διήται pro vulg. ἐκδίηται; de praepositionis forma ἐς pro ἐκ vel ἐξ v. Meyer § 261. In titulo qui huic proxime praecedit Cretico (IAG 476, 14) equidem genuinam scripturam censeo esse ἐδ δικαστηϱίω (ex ἐς δικαστηϱίω = Att. ἐκ δεκαστηϱίου) aspernatus lectionem ἐγ δ[ι]καστ[εϱίο] Caueri (Del.² 113), qui tamen ipse adnotat: cum sit secunda littera incerta, fortasse scribendum est ἐδ δικαστ[εϱίο]. — b) Dialecti Argivae exemplum. Reperitur in tit. Epidaur. (SGDI 3339, 102) αὐτὰ δολωθείς, quod pro αὐτὰδ δολωθείς (ex αὐτὰς δολωθείς) exaratum esse Baunack, Stud. I, 128 iudicat; sed equidem nisi plura et certiora allata fuerint exempla, scalptoris neglegentiae scripturam illam ascribere malo.

II. De consonantibus δ et τ pro vulgari ζ in fronte vocum positis.

a) Dialectorum Boeoticae, Eliacae, Laconicae exempla Δαλίων δαμιόω Δεύς Δάν Δεύξιππος Δῆθος δυγόν δώει Δωίλος δωμός (i. e. ζωμός), δάγκολον vel δάγκλον (cf. IGA 518 et in monetis Δάγκλη pro Ζάγκλη) cum Ahrens I, 175. II, 95 tum Meister I, 262 locis quibus leguntur appositis collegerunt. — b) Dialecti Creticae exempla sunt: α) mediam δ exhibentia: Δῆνα (tit. Drer. C² 121 A, 19. 20 bis), at in recentioribus titulis et Lyctio Ζῆνα (C² 117, 14 bis) et Cnossio Ζηνός (C² 120, 14). — In leg. Gort. δώῃ (ter) = ep. ζώῃ — δώοι (IV, 21) = ep. ζώοι — δώοντι (IV, 27) = ep. ζώωσι — δωός (IV, 49) = ep. ζωός — δωῶ (III, 41) = ep. ζωοῖο. — Adde gl. δηαί· κϱιθαί. ὑπὸ Κϱητῶν (Et. M. 264, 12) i. e. δειαί pro ζειαί. — β) tenuem τ pro media δ exhibentia: Τᾶνα (tit. Hierapytn. C² 116, 11), quin etiam geminata conservata Ττῆνα (ter in tit. Cret. ap. Bergm. 60. 61. 77) — τωά (in fragm. Cret. Philol. 1890, 592) pro Att. ζωή — apud Hesych. nomine ethnico omisso τώνα· ζώνη atque μονότωνος· μονόμαχος i. e. μονόζωνος (LXX).

Adnotatio. In carminum Homericorum adiectivis δαφοινός (perruber) et δάσκιος (perumbrosus) pro διαφοινός et διάσκιος praefixum δα- non ex σδα-, id quod Blass (Kühner Gr. I, 1² p. 103) censet, vel ex ζα- (cf. ζάκοτος Γ 220; al.), sed ipso ex δια- eliso semivocali ι profectum est.; cf. Ap. Rh. I, 685 βώσεσθε pro βιώσεσθε, Pind. N. 11, 40 πεϱόδοις pro πεϱιόδοις, tit. Thess. Ἄντοχος, τϱακάδι pro Ἀντίοχος, τϱιακάδι (v. Kühner I, 1² p. 106 A.); alia exempla attulit Meyer § 147.

III. De δδ (ex σδ) vel ττ pro ζ in mediis vocibus positis.

a) Dialecti Boeoticae) exempla* (cf. Meister I, 262 sq. et Meyer § 283). *α*) Geminatae δδ = ζ ex δj natae sunt in vocibus: *γυμνάδδω* : *γυμνάς, -άδος* — *ἐπεψάφιδδε* (saepissime): *ψηφίς, ψηφῖδ-ος* — *κομίδδεσθη* et *κομίδ[δει]τη* : *κομιδ-ή* — *Πολύδδαλος* (SGDI 791 a) = Att. *Πολύζηλος* — *τραπέδδας* et *τρέπεδδα* (Philol. N. F. II, 412) atque *τρεπεδ(δ)ίτας* (MAI 1890, 381) argentarius. — *β*) Geminatae δδ = ζ ex γj factae sunt in vocibus: *κριδδέμεν* : *κριγ-ή* — *ῥέδδω*: a st. *ῥεγ* — *σαλπίδδω* : a st. *σαλπιγ*, cf. *σάλπιγξ* — *σφάδδω* : *σφαγ-ή*. — *γ*) Geminatae δδ = ζ in vocibus ex analogia demum conformatis: *γραμματίδδοντος* (ad titulos a Meistero citatos adde BCH 1890, 4. 22), *δοκιμάδδει θερίδδειν ἱαρειάδδοντος καταδουλίδδε[ι]τη* (SGDI 500, 5. 6), *σχολάδδων*. — *δ*) Verbum *φράττω* (Corinna 41) non ad **φράδjω* referendum esse, sed ex analogia verborum in *-ττω* exeuntium formam suam duxisse iam Meister I, 263 adn. recte vidit. — Tum in titulo Boeotico BCH 1889, 407 non *ὁριττ[ό]ντων* = Att. *ὁριζόντων*, sed *ὁριττ[ά]ντων* = Att. *ὁρισάντων* (aor.) explendum esse ex verborum contextu satis superque cognoscitur.

Adnotatio. Megarensium dialecto Aristophanes in Acharnensibus obtrudit *μᾶδδαν* (vs. 732) Att. *μᾶζαν* : ex **μάγjαν* et *χρῄδδετε* (vs. 734); at in titulis Megaricis nullae adhuc eiusmodi formae obvenerunt, sed in omnibus littera ζ scripta exstat: *ἀγωνιζομένων* (SGDI 3106, 17), *διασῴζοντι* (ibd. 3105, 21) *Ζεῦξις* et *Ζωΐλος* (ibd.) atque Aristophanes ipse praeterea in Acharnensibus Megarensium sermonem imitatus ponit *ζαμίαν* (vs. 737) et *φαντάζομαι* (vs. 823). Quae cum ita sint, haud scio an Schneider (dial. Megar. 52) et Köppner (Dial. Megaras, Fleck. J. Suppl. 18, 560) recte fecerint, quod Aristophanis scholiastae et Suidae testimoniis fidem derogantes illas formas ex Boeotorum sermone repetitas esse iudicant. Nihil vero probat nomen propr. Megar. *Κόμαδδος* (SGDI 3104 *Κομάδδου*), cum non sit pro **Κόμαζος*, sed pro *Κόμαδος* (cf. Et. M. 527, 37 *Κομάδης*) hypocoristicorum geminatione admissa usurpatum.

b) Dialecti Eliacae exempla (cf. Meister II, 53. Meyer § 283): *δικάδ(δ)οι δικάδ(δ)ωσα θοάδ(δ)οι ὑπαδ(δ)υγίοις* (ter) i. e. *ὑποζυγίοις χραΐδ(δ)οι βραΐδδει* (ex emend. Meisteri II, 47).

c) Dialecti Laconicae exempla (cf. Ahrens II, 96. Meyer § 283): *α*) δδ = ζ ex δj profectae: *γυμναδδόμαι* — *ἰσχιάδδεν* (H.) : *ἰσχιάς, -άδος* — *ὀπιδ(δ)ό[μενος]* : *ὄπις, ὄπιδ-ος* — *παίδδω* : *παῖς, παιδ-ός* — *ποτόδδει* : *ὀδ-ωδή*. — *β*) δδ = ζ ex γj ortae: *προμάδδας* — *πλαδδιῇ* (Ar. Lys. 171. 900) · *ματαΐζει . σοβαρεύεται* (H.); cf. *πλαγιάσαι* · *παραλογίσασθαι . πλανῆναι* a st. *πλαγ* (vb. *πλάζομαι*). — *γ*) δδ = ζ in exemplis ex analogia fictis: *ἀλφάδδει βουλλιχίδδει* (H.), *ἐκπετρίδδε(ι)ν θρυλίδδε(ι)ν θυρσάδδω κωμάδδε(ι)ν μικκιχιδδομένων μουσίδδει μυσίδδω μῴδδει παραμπυκίδδω, πλαγιάδδοντερ συμβουάδδει σωάδδει φαιρίδδε(ι)ν φουάδδει ψιάδδω* (Hes. *ψιάδδειν*). — *δ*) His adde Hesychii gl. *ἄδδανον* (*ξηρόν . Λάκωνες*) ex *ἄζαλον* (de λ = ν v. Meyer § 172) pro *ἀζαλέον* a subst. *ἄζα* (ardor, siccitas), de cuius stirpe nihildum certi prolatum est; Lacon. vox *ἄδδα* = *ἄζα* tradi mihi videtur in Hes. gl. *ἄδδαι* · *ῥυμοί ὑπὸ Μακεδόνων*, quod ethnicon, quia Macedones δδ pro ζ usurpasse nusquam memoriae proditur, in *Λακώνων* vel *Λακεδαιμονίων* emendandum esse opinor. — *ε*) In Ar. Lys. 1167 vocem Laconicam *βλιμάττομες* pro vulg. *βλιμάζομεν* libri manuscripti suppeditant; sed Brunckius ad similitudinem ceterarum quas ibi usurpat poeta eiusmodi formarum recte *βλιμάδδομες* reposuit (cf. Ahr. II, 98).

d) Dialecti Creticae exempla (cf. Meyer § 283). 1) ΔΔ = Ζ. *α*) δδ = ζ ex δj profectae: in leg. Gort. *φροντίδδοντες* (BCH VI, 468, 18) : *φροντίς, -ίδος* — *καταϝοικιδ(δ)έθ(θ)αι* (Mus. it. II, 190 nr. 82, l. 2) = Att. *κατοικίζεσθαι* : *οἰκίδ-ιον* (Ar. Pl.) — *πσαπίδονσι* (ibd. l. 1) i. e. *ψαφίδ(δ)ονσι* = Att. *ψηφίζουσι* : *ψηφίς, -ῖδος*. — *β*) δδ = ζ ex γj ortae: in leg. Gort. *πραδδέθθαι* (I, 36) = **πράζεσθαι* pro Att. *πράττεσθαι* a st. *πραγ* (cf. *πέπραγα*) ex **πράγjω* = *πράδδω* — *συνεσάδδῃ* (III, 13) = **συνεσσάζῃ* pro Att. *συνεξάγῃ* a verbo *ἄδδω* ex **ἄγjω* pro *ἄγω*, cf. III, 16

*) Exemplis Boeoticis Eliacis Laconicis eis, quae ubi exstent allatis et titulis et scriptoribus iam Ahrens, Meister, Meyer adnotaverunt, ego ob spatii penuriam chartae parcere coactus locos ascribere omisi.

συνεσσάξαι pro Att. *συνεξαγαγεῖν*; aliter Baunack, Gortyn p. 30, qui legit *συν-εσ-σάδδῃ* a verbo *σάδδω* ex **σάγjω* a st. *σαγ* (cf. Meyer § 221) = Att. *σάττω* (impleo). — *γ*) δδ = ζ in exemplis ex analogia factis: in leg. Gort. *δικάδδεν* (I, 20. XI, 27. 28 ter) = Att. *δικάζειν* et *καταδικαδδέτω* (I, 7. IX, 30. 38. 50); his accedunt *δικαδδέ(θ)θαι* (IGA 477) et gl. *ἀγκωλιάδεν* · *ἅλλεσθαι . Κρῆτες* in Bekk. anecd. 327, 5. — *δ*) His adiciam nonnullas Hesychii glossas sine nominibus ethnicis prolatas, quarum vocabula dialecto vel Creticae vel Laconicae vindicanda sunt: *προκομίδδεν* = Att. *προκομίζειν* — *λάδδοιτο* (cod. *λαδοίατο*) · *λαμβάνοιτο* pro *λάζοιτο* (cf. *B* 418 *λαζοίατο*) : praes. *λάζομαι* = **λάγjομαι* a st. *λαγ*, cf. Sct. *lagyati* (v. Brugm. KZ. 25, 303) — *ὁμηρίδδεν* (cod. *ὁμηριάδειν*) · *ψεύδεσθαι* — *ὁρκίδδει* (cod. *ὁρκίλλει*) · *ὅρκον ποιεῖ* — denique voces de quarum origine nihildum certi constat: *ἄδδα* (cod. *ἀδδάν* · *τὴν κιννάβαριν* et *ψάδδα* · *ἡ κιννάβαρις* — *ἀδαλέον* vel rectius *ἀδδαλέον* (codicis *ἀδάλαιον* litterarum ordini repugnat).

2) ΤΤ (Τ) ex ΔΔ (Δ) = Ζ. *α*) Exempla Cretica certa sunt: in tit. recentiore Lebenaeo (Philol. 1890, 592): *ἀπολογιττέ(θ)θω* et *ἐξοδιάττεν* = Att. *ἀπολογιζέσθω* et *ἐξοδιάζειν* — *ἐσπρεμίττεν* (BCH 1885, 8) = Att. *ἐκπρεμνίζειν* — in tit. Steiae nuper reperto (BCH 1890, 73, 19) *φροντιττόντας* = Att. *φροντίζοντας* — in cippo Cret. (Mus. it. III, 559 sq.) *πράτει* i. e. *πράττει* pro vetustiore forma Cretica *πράδδει* (v. sub 1 *β*) — ap. Hes. *ἀγκυρίττει* · *μεταμέλειται . Κρ.* pro vulg. *ἀγκυρίζει*. — *β*) Idcirco haud dubium esse mihi videtur, Cretensibus quin sint vindicanda Hesychii glossemata omisso nomine ethnico allata haec: *αὖ χάττε(ι)ν* vel *αὐχάττε(ι)ν. ἀναχωρεῖν* i. e. *ἀναχάζειν* pro vulg. *ἀναχάζεσθαι* — *ἀφοπλιττόνται* · *ἀπολύονται στρατείας* pro *ἀφοπλίζονται* — *δηρίττε(ι)ν* · *ἐρίζειν*, quod est verbum denom. substantivi *δῆρις* (pugna) = *δηρίεσθαι δηριᾶν* — *ἐπισίττε(ι)ν* · *κυνηγετικῶς παρορμᾶν* i. e. *ἐπισίζειν* (cf. Ar. Vesp. 704 *ἐπισίξῃ*) a st. *σιγ*, cf. Lat. *si-n-g-ultare* (v. Prellwitz p. 284) — *λαγαριττέται* · *μετριεύεται*, cf. Ar. Vesp. 674 *λαγαριζόμενον*, ubi tamen a cod. Rav. *λαγαρυζόμενον* et a schol. *λαγανιζόμενον* traditur; Dindorf in Thesauro, tom. V p. 15 D ed. Paris. vocem Boeoticam esse falso suspicatur. — *μέττον* · *μεῖζον*, cf. Ion. *μέζον* — *ἐμπαίττοντι* · *ἐμπαίζουσιν*, quod Meyer § 283 nescio quo iure in *ἐμπαίτονται* mutaverit. — His adde Photii gl. *ὁπλιττόμαι* pro *ὁπλίζομαι* atque Et. Magni 144, 46 gl. *ἁρμόττω* pro *ἁρμόζω*, quae quidem ibi pro Dorica venditatur, si modo est Dorica ac non Attica (cf. *ἁρμόττω* saepius in titt. Att., v. Meisterhans p. 141) ex analogia verborum in *-ττω* profecta. — Denique huc pertinere videntur Hesychii glossae originis obscurae haece: *ἄττανα* · *τήγανα καὶ πλακοῦς* — *ἀττανίδες* · *πλακοῦντες. ἔνθρυπτοι* — *ἀττανίτας* · *τηγανίτας* — *ἀττάραγος* · *ἡ ἐπὶ τῶν ἄρτων φλύκταινα* — *ἀττάρυμα* · *πόμα, ῥόφημα Κρητικόν*; quae quidem voces ni fallor cum subst. *ἄζα* et *ἀζάρα* (cf. Hes. *ἀζάρα* et *ἀθάρα* et *ἀθάρη* · *πτισάνη*) et *ζύμη* (fermentum) *ζῦθος* (cerevisia) sunt cognatae.

3) Δ (= Ζ) pro ΤΤ. In titulo Cretico recentiore (CIG 3050, 11. 17) *διαφυλάδεν* et *διαφυλάδων* pro Att. *διαφυλάσσειν* et *διαφυλάσσων* (a st. *φυλακ*) legitur, sed in aliis titulis Creticis eiusdem aetatis exsculptae sunt formae vel *διαφυλάττεν* et *διαφυλάττει* (CIG 2557, 7. 11) vel *διαφυλάσσειν* (C^2 128, 37), quae quidem forma est ex lingua communi suscepta, atque fut. *συνδιαφυλαξίομεν* (C^2 125, 26). Quibus de formis ut recte iudicemus, verborum quae in *-ζω* desinunt futura et aoristi conferendi sunt veluti *πραξίομεν* (C^2 125, 15), *χαριξιόμεθα* (C^2 125, 16. 123, 16) iuxta praes. *χαριζέσθαι* (C^2 125, 25), *ἐξορκίξωντι* (C^2 121, 12), *ψαφιξαμένοις* (C^2 122, 1) et acc. pl. *ψαφιξαμένος* (124, 13) iuxta *ψαφισαμένους* (C^2 123, 12), quod linguae communi debetur, *ἐναφανίξαν* et *ἐμφανιξάντων* (C^2 127, 5. 11) *κτλ.* Atque pari ratione omnibus fere in dialectis Doricis illorum verborum futura et aoristi activi mediique generis ad eorum quae in *-ττω* vel *-σσω* cadunt verborum futura et aoristos se applicuerunt; cf. in tabb. Heracl. (C^2 40. 41) I, 49 *ἐγδικαξαμένοι*, I, 118 *δοκιμάξοντι* vel *δοκιμαξόντι* (v. Meyer § 540), I, 170 *ἐργαξήται*, II, 8. 9 *ὡρίξαν ἐτερμάξαν ἐμερίξαν*, II, 31 *κατεσῴξαμες κτλ.* Quod si quis observaverit, similitudine aoristorum et futurorum ducta praesentia quoque nonnumquam litteras δδ pro ττ in exitu recepisse facile sibi persuadebit.

Qua de causa veri simile est, vicissim etiam verba sub 2 α.β apposita, quae in -ττω pro -δδω (-ζω) exeunt, normam verborum ab initio in -ττω (ex -τjω vel -κjω) terminatorum secuta esse.

Adnotatio. De spirantibus σσ pro vulgari ζ usurpatis. In dialecto Tarentina verba λακτίσσω σαλπίσσω φράσσω similiaque, quae Heraclide auctore usus Eustathius 1654, 23 Tarenti viguisse ait, quin sint ad similitudinem verborum φυλάσσω τάσσω formata a recentioribus hominibus grammaticis vixdum dubitatur. Haec eadem consuetudo in dialecto Thessalica comparet; nam in tit. Lar. (SGDI 345, 12) exaratum reperitur ἐνεφάνισσο(ε)ν pro ἐνεφάνιζον, quod quidem in epistula Philippi regis quae antecedit dialecto communi conscripta ponitur, cf. part aor. ψαφιξαμένας (ibd. ll. 9. 39) et inf. aor. ψαφιξάσθειν (ibd. l. 14). — Praeterea num qua in dialecto pro ζ = dz postquam in spirantes zz transiit, re vera litterae σσ sint scriptae, pro explorato non potest haberi. Namque in titulis saltem nullum adhuc exemplum indagatum est atque glossographorum voces pauciores sunt quam quae rem possint dirimere; sunt enim apud Hesychium: γάσσαν · ἡδονήν (sine ethnico): a R. ϝαδ (cf. Meyer § 283) et πέσσον · χωρίον Κύπριοι . πεδίον Αἰολεῖς . Cypriorum πέσσον Meister II. 251 collata gl. πέτος · τὸ ὕψος ex *πέτιον a stirpe πετ (cf. πέτ-ρα), Aeoliorum autem in lib. I p. 129 ex *πέδιον > *πέδzον > *πέzzον deducit. — De forma μέσσων (= Att. μείζων), quam Eustathius ad Od. χ 353 (1930, 47) affert, non constat, utrum sit ex aliqua dialecto suscepta an id quod mihi quidem videtur (cf. μεγίων ibi iuxta appositum) ab illo grammatico ipso conficta; Boeotis quidem ab eo non ascribitur.

§ 10. De aspiratarum geminatione.

Aspiratae linguae Graecae simplices spiritu aspero ad tenuem adsimulato pedetemptim transierunt in affricatas, quae litteris τθ πφ κχ notabantur (cf. Meyer § 210). Exceptis substantivis hypocoristicis et onomatopoëticis, de quibus in tertia commentationis parte agetur, huius consuetudinis haud multa exstant exempla eaque praecipue apud glossographos et perpauca in titulis; sunt autem: α) apud Hesychium nisi me fallit fere ex poetarum scriptis deprompta: ἀκχός · ὠμός — νυκχάσας · νύξας — θιακχά (?) · ἄνθη ἐν Σικυῶνι — ἀκχαλίβαρ · κράββατος . Λάκωνες — ἰβύκχα (quod M. Schmidt Doricum esse iudicat) · σεμνότης: pro ἰβύχη vel ἰβύκη, cf. ἰβύκη · εὐφημία — κακχότερον · χεῖρον, quae vereor ne sit falsa lectio pro κακώτερον (ο 342). — β) apud Pollucem σακχυφάνται: ex σάκος et ὑφαίνω compositum. — γ) apud Comicos uti Ar. Plut. 912 κέπφος („Gimpel") eiusque derivata κεπφόομαι et κεπφαττελεβώδης: a R. καπ, κεπ (v. Vanič. p. 111). — δ) in titulis: Delio σκύπφος (BCH VII, 109, 24. 26 saepius) — Samio δεδόκχθαι (Becht. IID 221, 26*) = C^2 510, 26) — Theraeo βάτθρα (Ross I, 64, 4) — Coo ἐκχθέματα (C^2 161, 60) — Arcadico ἀνατετθειμένοις (CIG 1513), pro quo Bechtel (SGDI 1231) merum ἀνατεθειμένοις posuit. — Ciliciis duobus μετηλλακχότα (CIG 2775 b, 7. d, 2). — Quin etiam factum est, sed raro, ut tenues geminatae ipsae cum densius vel acrius pronuntiabantur, in affricatas mutarentur, id quod docent exempla: α) Attica Ἀτθίς iuxta Ἀττική et βάκχαρις (Cephisod. com. fr. 3 Mein., Luc.) = βάκκαρις (Soph. Hippon. Diosc. al.). — β) Thessalica in tit. Lar. (SGDI 345) Πετθαλός (l. 55), Πετθαλοῦν (ll. 14. 18), Πετθαλείοι (l. 1) et Kierionio (BCH 1889, 400) Πετθαλοῦν = Πετταλῶν i. e. Att. Θετταλῶν et Ion. Θεσσαλῶν; in tit. Thess. SGDI 326 II, 19 Βατθέκας, quod Robertus (Hermes 1882, 472) cum Cybeles sacerdotis nomine Βαττάκης (v. Diod. Sic. 36, 13. Pol. 21, 37) conferendum esse arbitratur. — γ) Alexandrinae inferiorisque aetatis ἄπφα et ἀπφύς (cf. ἄππα), Ἀπφιανός = *Appianus*, Ἀπφία = *Appia*. — Denique affricatae vel in spirantes transierunt atque interdum etiam litteris aspiratarum geminatis signabantur, uti in inscriptionibus Βάχχος (saepius), Βάχχιος (tit. Delph. SGDI 1732), Βάχχις (tit. Delph. 229 W.-F.), Βαχχιδᾶν (tit. Corcyr. SGDI 3213), Βαχχυλίδας (tit. Boeot. ibd. 914 II), Σαφφώ (tit. Delph. ibd. 1894) et Σάφφου (CIG 1927) atque in scriptorum libris Βάχχυλος Βάχχων Ἴαχχος, Ἄφφ-η -ία -ειν -ιον -ιάς -ιανός, Ὀφφιανός = *Oppianus*; cf. Roscher, Curt. Stud. Ib, 101 sq., sed Blass (Kühner Gr. I, 1^2 p. 276) dubito an inuria aberrantem quandam scalptorum scripturam statuat.

*) Bechtel pleonasticam esse hanc scripturam pro δεδόχθαι iudicat comparatis titulorum lectionibus Graec. ἔξς Βυσζάντιοι, Lat. exstra pro ἔξ Βυζάντιοι extra.

Adeo gradatim quasi permutabantur usque ad spirantes etiam aspiratae et tenues geminatae, quae profectae sunt ex adsimulatione. Cuius adsimulationis, quae quidem constanter est regressiva, exempla iam nobis sunt colligenda et proponenda.

I. De κχ et χχ adsimulatione factis.

a) De κχ ex τχ adsimulatis. Ut exempla Lesbia (Alc. 39, 4 κακχέει . Sapph. 2, 13 κακχέεται) omittam, tres eius modi voces suppeditant glossographi et Hesychius κάκχαρτος · κατάχαρτος et κακχωρεῖ · δραπετεύει i. e. καταχωρεῖ et Suidas κακχεῦσαι · καταβαλεῖν.

b) De κχ ex σχ adsimulatis. Exemplum unum neque satis certum affertur ab Hesychio in gl. αἰκχούνα (hoc quidem M. Schmidt ingeniose pro codicis corrupto αἴκουδα) · αἰσχύνη . Λάκωνες; quae quidem adsimulatio comprobatur simili illa Laconum adaequatione consonantium σκ in κκ, veluti ἀκκόρ = ἀσκός (v. § 6 A II).

c) De χχ ex κχ adsimulatis. Semel in titulis Atticis legitur ἐχ Χαλκίδος (CIA IV, 27 a, 17) pro ἐκ Χαλκίδος (CIA I, 27, 22); cf. ἐχθέμειν (tit. Rhod. C^2 176, 3) pro ἐκθεῖναι et ἐχφέρεσθαι (tit. Cret. C^2 117, 19) pro ἐκφέρεσθαι.

d) De χχ (χ) ex γχ (> κχ) adsimulatis. In tit. Ionico (Philol. 1882, 748) exaratum reperitur τυχχάνοι (l. 11) et τυχάνοι (l. 8) pro τυγχάνοι, quae formae haud scio an pravae pronuntiationi vel scalptoris neglegentiae attribuendae sint.

II. De πφ et φφ adsimulatione natis.

a) De πφ ex τφ adsimulatis. Duo modo exstant exempla certa: κὰπ φάλαρα (Π 106) = κατὰ φάλαρα et κάπφαγε · κατάφαγε (H.). Ex voce Homerica Theophilus Sim. Hist. p. 144, 3 καπφαλάροις miro modo finxit novum substantivum. Praeterea Euripidi restitutum est ab Elmsleio (Classical Journal 17, 59) approbante Dindorfio καπφθίμενος (equidem malim καφθίμενος) pro codicum καταφθίμενος, quod quidem Nauck in editione sua intactum reliquit, idque in anapaestis Suppl. 984 κα(π)φθιμένου El. 1299 κα(π)φθιμένης atque in choriambis El. 201 κα(π)φθιμένοι Rhes. 379 κα(π)φθίμενον. Cf. ππ ex τπ adsimulatas in § 7 A I.

b) De φφ vel φ ex τφ et κφ adsimulatis. Singula suppeditantur exempla et in Hesychii glossa Cyprica ἰνκαφότευε · ἐνκαταφύτευε et in Messeniorum et Phigalensium foedere (C^2 45, 6) ἐ Φιαλείας i. e. ἐφ Φιαλείας ex ἐκ Φιγαλείας, cf. in tit. Mess. eiusdem aetatis (C^2 44, 4) ἐγγόνοις.

c) De φφ ex μφ adsimulatis. Unum eius generis exemplum reperitur in tit. Cretico (Mus. it. I, 144, 31) ἀφφάνω: ex ἀμφάνω (cf. ep. et. Dor. ἀμφαίνω) > ἀν(α)φάνω = Att. ἀναφαίνω; at vereor ne sculptor hic commiserit mendum, praesertim cum consonae μφ alias adsimulatae non occurrant; contra ea in titulis nasalis μ ante φ nonnumquam omittitur, quippe quae cum vocali praecedenti coalescens sit extenuata; leguntur enim in vasculis Atticis Νύφη et ἀφί pro Νύμφη et ἀμφί perinde atque Ἀταλάτη et Σφίξ pro Ἀταλάντη et Σφίγξ (cf. Meisterhans 64) — in tabellis Corinthiis fictilibus Ἀφιτρίτα iuxta Ἀμφιτρίτα et Ἀνφιτρίτα (SGDI 3119 sq.) — in tit. Ionico (Philol. 1882, 748) Νύφη pro Νύμφη; cf. § 7 A II Πόπις pro Πόμπις et § 7 B II Θίβρων pro Θίμβρων.

Adnotatio. Mira adsimulatio aspiratae φ apparet in tribus Hesychii glossis hisce, quae Laconum sermonem redolent: ἄμπαιδες · οἱ τῶν παίδων ἐπιμελούμενοι: ex *ἄμπ-παιδες = *ἀμφ(ί)παιδες — ἀμπέσαι · ἀμφιέσαι: ex *ἀμπ-ϝέσαι = *ἀμφ(ι)-ϝέσαι — ἀγχρανάσθαι (?) · περιαλείψασθαι: ex *ἀμχ-χριανάσθαι = *ἀμφ(ι)χριάνασθαι.

III A. De aspiratis τθ adsimulatione natis.

Aspiratae τθ vel ex φθ et σθ vel ex στ et κτ adsimulatione regressiva prodierunt, cum consonantes hae alterae στ et κτ primo in ττ (v. § 8 I. II) adaequarentur, deinde aspiratione afficerentur.

a) De τϑ ex φϑ adsimulatis. Hanc adsimulationem, quae ex consonantibus *πϑ intercedentibus manavit, aliquatenus admissam esse a Thessalis in duobus titulis Larissaeis ostendunt nomina propria Ἀτϑόνειτος (SGDI 345, 60. 89) et Ἀτϑονειτεία (ibd. 347); contra in vetere titulo Pharsalico (C² 398) Ἀφϑονε(ί)τω i. e. Att. Ἀφϑονείτου legitur. Meister I, 303 de transcriptione mendosa cogitat, sed iniuria ni fallor; cf. consonantes ττ ex πτ adsimulatas § 8 III.

b) De τϑ ex σϑ adsimulatis. Ex dialecto Boeotica deprompsit Strattis (in Phoenissis, fr. 45 Mein.) vocem ὀπιτϑοτίλα, cf. Hes. gl. ὀπισϑοτίλα · σηπία; quam ob rem haud scio an Boeotis sint vindicanda Hesychii glossemata sine nomine ethnico prolata: ἶτϑαι · καϑῆσϑαι i. e. ἧσϑαι et ἰτϑελᾶν · διφϑέραν i. e. ἰσϑλῆν, cf. ἰσϑλῆ · αἰγεία μηλωτή (pellis caprina). Accedit ex tit. Boeot. (SGDI 869) Ἀεγίτϑω (ex Willamowitzii emendatione) = Αἰγίσϑου.

c) De τϑ ex στ (> ττ) adsimulatis. Huc duae pertinent Hesychii glossae: βυτϑόν · πλῆϑος : ex βυστόν, et ὑτϑόν · τὸ περίεφϑον = Lat. *ustum* (cf. Curt. Stud. IV, 202). Etsi nomen ethnicum deest, Boeotis voces tribuam.

d) De τϑ ex κτ (> ττ) adsimulatis. Unum exstat exemplum certum in Hes. gl. τίτϑεν: ex *τίττεν < *τίκτεν = Att. τίκτειν, quam quidem iure M. Schmidt Creticae assignat dialecto. In altera Hesychii glossa βύτϑαν · τὸν ψᾶρα substantivum βύτϑας, quod est idem Creticum, a R. βυγ (cf. vb. βύζω; v. Prellwitz p. 54) ex *βύκτας > *βύττας > βύτϑας ortum esse equidem collatis Hes. gll. βύκτης · φυσῶν et βύζα bubo arbitror.

III B. De spirantibus ϑϑ adsimulatione factis.

a) De ϑϑ ex χϑ (> κϑ > τϑ) adsimulatis. Suppeditantur duo adhuc exempla: in tit. Corcyr. (SGDI 3189) Ἄραϑϑος, at etiam Ἄρατϑος (Strabo 7, 325), vulgo Ἄραχϑος — in tit. Locr. Oeantheae reperto (ibd. 1479) ἐ ϑαλάσας i. e. ἐϑ ϑαλάσσας ex ἐκ ϑαλάσσας; cf. ἐττᾶς ex ἐκ τᾶς § 8 II.

b) De ϑϑ ex τϑ adsimulatis. Exempla quae haud multa sunt non reperiuntur nisi in titulis recentioribus: in tit. Siculo Selinunte reperto (SGDI 3046, 9) καϑϑέμεν: ex κατ(α)ϑέμεν; cf. in tit. Lesb. Mitylenaeorum κάϑϑεσαν et κάϑϑηκε pro κατ(έ)ϑεσαν et κατ(έ)ϑηκε (cf. Gardner, Naucratis II, 65 nr. 790. 791) — in titulis Eliacis καϑυταίς (SGDI 1157, 4) et καϑυτάς (ibd. 1151, 6. 12) i. e. καϑϑυταίς et καϑϑυτάς ex κατϑυταίς(-τάς) pro Att. καταϑυτάς — in tit. Laconico (IGA 68 B, 1 = C² 10 B, 1) παρκαϑήκα i. e. παρκαϑϑήκα = Att. παρακαταϑήκη (depositum).

c) De ϑϑ ex σϑ (> τϑ) adsimulatis. Exempla traduntur plura, praecipue in titulis Creticis, quorum quidem exemplar speciosissimum sunt hac quoque in re leges Gortyniae semper ϑϑ vel ϑ pro σϑ exhibentes (cf. consonas ττ ex στ et δδ ex σδ adsimulatas §§ 8. 9.) — 1) Dialecti Creticae exempla. α) In legibus Gortyniis (cf. Baunack, Gortyn p. 33 sq. Meyer § 229) leguntur: imper. med. ἀποϝειπάϑϑω ἀμφαινέϑϑω ἀποδιδόϑϑω ὀπυιέ(ϑ)ϑω — inf. med.-pass. ἀναιλήϑϑαι ἀποδαιτάϑϑαι δαττήϑϑαι ἀποδατ(τ)ή(ϑ)ϑαι δωλωσάϑϑαι χρήϑϑαι λυσάϑϑαι ἀλλυέϑϑαι (i. e. ἀναλύεσϑαι) ὀπυιέϑϑαι πραδδέϑϑαι καταϑιϑέϑϑαι καταϑέ(ϑ)ϑαι ὠνήϑϑαι δεξάϑϑαι (i. e. δείξασϑαι) ἐπιδιέϑϑαι ἀγέ(ϑ)ϑαι ἐπιδεχέ(ϑ)ϑαι ἀποδό(ϑ)ϑαι ἐπισπενσά(ϑ)ϑαι (i. e. ἐπισπείσασϑαι) τραπέ(ϑ)ϑαι ἀμφαινέ(ϑ)ϑαι — part aor. pass. παρωϑέν i. e. παρωϑϑέν ex παρωσϑέν, si Baunackii (Gortyn 166) derivationem a verbo παρ-ωϑέω praeferamus Blassii (Rhein. Mus. 1886, 314) sententiae verbum simplex πηρόω (tundo, vulnero) statuentis, ut sit = πηρωϑέν; cf. fut. παρώσει — adv. πρόϑϑα (sexies) = πρόσϑε — denique semel in vocum commissura τὰϑ ϑυγατέρας (leg. Gort. IV, 47). — β) Ex aliis titulis Creticis addi licet: imper. aor. med. ἀποϝειπάϑϑω (tit. Gort. C² 113, 11), ἐπιτελεϑϑέντων (Monum. antichi 1890, 45 B, 17), τιϑέϑϑω (tit. Leben., Philol. 1890, 587), ἀπολογιττέ(ϑ)ϑω (ibd.), -ττέϑϑω[ν] i. e. -ζέσϑων (in tit. Cret. Venetiae conservato 40) — inf. med.-pass. in tit. Gortyniis κήψήϑϑαι (BCH 1885, 5. 8) i. e. καὶ ἐψήϑϑαι = Att.

καὶ ἕψεσϑαι, ἐπιμελέ(ϑ)ϑαι (C² 112 B, 4 coniect.), ὀπυιέ(ϑ)ϑαι (C² 112, 6. 12 bis), [ἀ]ποδατ(τ)έ(ϑ)ϑαι (ibd. l. 7), ἀναιλί(ϑ)ϑαι (C² 113, 4) — in tit. Cret. Deli invento αἰτησάϑϑαι (C² 132, 46) — in titulo ab Halbherro nuper in commentariis „Monumenti antichi“ 1890, 45 edito voces Εὐρυϑϑένια (l. 27) = Εὐρυσϑένη et τὰϑ ϑυγατέρας (l. 17). Ceterum in titulis Creticis adhuc cognitis non leguntur nisi formae consonas σϑ non adsimulatas exhibentes uti in foedere Dreriorum et in decretis Teiis (C² 121—129) ϑασσασϑώσαν ἧσϑων κρινάσϑαι γενέσϑαι atque in fragmento satis antiquo (Mus. it. II, 157 nr. 10, 5. 10) τιτονϝέσϑω (bis). — 2) Aliarum dialectorum exempla. Ea quae in aliarum dialectorum titulis traduntur exempla rarissima cum omnia pro gemino simplex ϑ habeant, num genuina sint dubitari potest. Primo loco, quippe quod sit omnium certissimum, nominandum est dialecti Boeoticae Αἰγίϑοιο (SGDI 661) i. e. Αἰγίϑϑοιο (cf. Αεγίτϑω supra allatum) = Att. Αἰγίσϑου. Mero autem pictoris vel scalptoris mendo vereor ne sint tribuenda: Νικοϑένης (in uno vasculorum Hieronis) pro Νικοσϑένης — Ἰϑμιονίκα (in tit. Epidaur. SGDI 3339, 10) pro Ἰσϑμιονίκα (cf. Thuc. 5, 19 Ἰσϑμιόνικος) — ἀπομιϑοῦν in tit. Eretriensi CIG 2144, 8) pro ἀπομισϑοῦν. In ambobus eis titulis quos postremo posui praeterea non reperiuntur nisi consonantes σϑ non adsimulatae veluti in Epidaur. ll. 11 αἰτείσϑαι, 12 ἐσσείσϑαι, 31 ἔμπροσϑεν, in Eretr. l. 9 ἐπάρχεσϑαι.

Adnotatio. Duo adhuc in titulis suppeditantur exempla, in quibus viri docti (Meister II, 54. Baunack, Stud. I, 125 adn. 10. Meyer² § 269) consonantes σϑ in σσ esse adsimulatas suspicati sunt, ut aspirata ϑ in spirantem conversa prorsus spiranti σ sit adaequata; quae quidem sunt in titulo Damocratis Eliaco (SGDI 1172, 33) ποήασσαι = Att. ποιήσασϑαι et in titulo Argivo Epidauri reperto (ibd. 3339, 64) ἐγκατοπτριξάσσαι = Att. ἐγκατοπτρίσασϑαι. At Meister II, 54 ipse in Eleorum sermone aspiratam ϑ, cum spirans σ praecederet, explosivae vim retinuisse atque vulgo etiam tenui τ denotatam esse docet appositis exemplis τιμώστων (ibd. 1159, 12), χρῆστια (1147, 3), aliis, atque in eodem illo titulo Epidaurico exarata exstant compluria alia vocabula, quae litteras σϑ immutatas praebent veluti l. 11 αἰτείσϑαι, l. 12 ἐσσείσϑαι, l. 36 γινέσϑαι, ll. 50. 63 κελέσϑαι, l. 63 ἀπονιψάσϑαι, l. 75 βλεψείσϑαι. Quae cum ita sint, quis est qui in illis duabus vocibus sculptoris mendum agnoscere dubitaverit? Quare eas in ποήασται et ἐγκατοπτριξάσϑαι emendandas esse censeo.

d) De ϑϑ ex στ (> ττ > τϑ) adsimulatis. Singularis huius adsimulationis exempla atque ea unius eiusdemque verbi ἵστημι leguntur tria in duobus Creticis titulis recentioribus: ἰϑϑᾶντι: ex *ἱστάωντι (contra Blass-Kühner I, 2² p. 201 ἵϑϑᾶντι) = Att. ἱστῶσι et ἰϑϑ[ά]ντες = Att. ἱστάντες in tit. Cret. a Bergmanno Berolini 1860 edito, l. 54 — atque ξυ[νι]ϑϑᾶ = Att. συνιστῇ (contra Blass-Kühner I, 2² p. 201 coni. perf. συνεϑϑᾳ i. e. συνεστῇ) in tit. Cret. Venetiae olim conservato 27, 67 atque a Voretzschio Halis 1862 publicato. At enim in legibus Gortyniis aetate multo prioribus semper στ scribitur, uti ἵσταμεν (I, 53. XI, 35), ἀποστᾷ (I, 52), καταστασεῖ (I, 50), δικαστάς (saepissime), δικαστήριον (XI, 15) demonstrant. Exemplis et hic et sub III A c allatis illustratur, quomodo in quibusdam quidem Cretae insulae regionibus tenues ττ ex στ factae in affricatas τϑ et affricatae τϑ in spirantes ϑϑ (þþ) aetate progrediente sensim abierint.

e) De ϑϑ vel ζ pro ττ (σσ) positis. In quibusdam dialectis Creticis geminae ττ et eae quae antiquitus ex κj et τj (> *στ > ττ) et eae quae ab illis ductae secundarie ex τσ > σσ (in futuris et aoristis sigmaticis stirpium dentalium) sunt factae aeque ac geminae ττ ex primigeniis στ et κτ postero tempore profectae pedetemptim primo ad aspiratas τϑ, deinde ad spirantes ϑϑ (= þþ) videntur esse promotae. Exempla affricatarum, quae adhuc perpauca exstant eaque apud Hesychium, iam sub III A c (βυτϑόν et ὑτϑόν) et III A d (τίτϑεν et βύτϑαν) satis explicasse mihi videor. Voces vero, in quibus tenues ττ in spirantes abierunt, suggerunt aliquot tituli recentiores, quos Comparetti et Halbherr, sollertes illi antiquitatum Graecarum investigatores, nuperrime effossos in Museo italico, voll. I p. 144 sq. II p. 190 sq. III pp. 559 sq. 681 sq. foras dederunt. Eis ex titulis Cretes in dubio fuisse elucet, quibus litteris has spirantes denotarent. In titulis enim, quos Comparetti repperit, littera ζ simplex, in eis autem, quos Halbherr investigavit,

dativos in *-σσι* exeuntes analogiae cuidam originem debere in propatulo est; nihilo tamen setius et Osthoff et Meyer eis nimiam adiudicant antiquitatem cum eas ex dativorum *φρασί*, (*ὀνόμασι*), *πατράσι* sim., qui primariam speciem **φρασσί*, **πατράσσι* etc. exhibuissent, similitudine atque analogia manasse profiteantur. At **φρασσί*, *πατράσσι* formae — Romanae aetatis dativo *πατράσσι* CI. 6284 ne G. Meyer quidem ullam tribuit vim auctoritatemque — in Graeca lingua neque usquam sunt neque unquam fuerunt. Stirpes enim in consonas exeuntis solam *-σι* suffixi formam acceperunt, ob eamque rem primigeniam horum dativorum speciem *φρ̥σί*, *πατρ̥σί* fuisse ipsi Meyer et Brugman recte censent. Quodsi ille dativum *πατράσσι*, quem modo attulimus, formam serotinam atque ex similitudine epicorum qui in *-εσσι* cadunt dativorum factam dicit, cur tandem non eandem rationem in illis Heracleensibus dativis admodum singularibus statuit, quos antiquiores quam patrii sermonis Laconici unde prodibant dativos esse, quis est qui sibi persuadeat? Etenim in tabulis Heracleensibus praeterea etiam dativus *πᾶσι* neque *πάντασσι*, quem secundum quattuor illas formas exspectares, invenitur, quem non irrepsisse Attici sermonis vi et auctoritate, id quod Warncke p. 18 alios secutus putat, sed veterem speciem omnibus dialectis antiquitus communem atque usitatam servasse eaque in re cum patrio Lacedaemoniorum sermone congruisse affirmem; ex antiquiore enim dialecto Laconica suppetunt: *ἐντυγχάνουσιν* Cauer del. 5,8; *χερσί* Alcm. 34,5 cf. Sophr. 6; *καμοῦσι* 16,2; *φύκεσσι* 6; *σάλεσσι* 113; *βένθεσι* 60,5; contra *πολίεσσι* Thuc. V, 77. 79; *ἀλκυόνεσσι* 26,3; *δαιτυμόνεσσιν* 24,2. Omnes autem Doriensium Peloponnesiacorum dialectos si ex titulis adhuc repertis licet concludere, Cretica, Arcadica, Cyprica non exceptis, perinde atque Ionicam et Atticam terminationem *-σι* primigeniam vel solam retinuisse seu potius, ut Osthoff vult, illa rationis vi ac necessitate regenerasse vel secundariae *-εσσι* praetulisse eoque in usu a dialectis et Septentrionalis et Magnae Graeciae, quae tempore procedente exitum *-εσσι* magis magisque adamaverunt, dissensisse — exempla collegit Warncke p. 24 sqq. — hoc loco commemoratum volo. Quae cum ita sint, *-ασσι* terminationem Heracleensem ex *-εσσι* prodisse neque aliam rationem in dativo Pindarico *φρασί* pro antiquiore *φρεσί* usurpato statuendam esse quin arbitrer facere non possum. Quam sententiam meam ut iam accuratius exponam atque probem, illud Dorismi comparaverim studium *ε* vocalis in *ᾰ* mutandae (v. Ahr. II, 113 sqq.), qua in re aliarum linguarum veluti Theodiscae (cf. ‚fassel' pro ‚fessel', ‚sassel' pro ‚sessel') dialecti assentiuntur, in qua mutatione vocalium non tam dativos *κτήμασι*, similesque, quam aoristi sigmatici participiorum, veluti *φυλάξασι(ν)*, *λύσασι(ν)*, *ποιήσασι(ν)* maximi momenti fuisse ut credam, summo opere eo adducor quod quattuor illi Heracleensium dativi universi ad participia pertinent. Pari modo in nonnullis linguis Slavicis dativi plur. stirpium femininarum, quae in *-a* cadunt, tantum valuerunt ad formandos ceterarum stirpium dativos, ut in Sorabica quidem omnes pro primariis terminationibus *-omŭ*, *-ĭmŭ*, *-ŭmŭ* illarum exitum *-am(ŭ)*, qui esset plenior atque apertior, asciscerent.

Quibus rebus exempla quae G. Meyer attulit primariam dativorum plur. suffixi speciem *-σσι* non probare, iam satis demonstrari mihi videtur; ex eis autem quae mox proferam, antiquissimam eius formam *-σι* vel *-συ* (v. Osthoff „Morph. Unt." II, 26 sq.) fuisse apparebit. Graecum suffixum *-σι* idem atque Indicum, Iranicum, Slavicum, Lituanicum locativi plur. suffixum *-su* esse, nemo est qui neget. Quod semper simplicem exhibere spirantem cum Osthoff evicerit, nonne *-σι* quoque Graecum ab initio simplici spirante praeditum fuisse statuendum est, praesertim cum consonam

geminatam in -**σσι* terminatione nequaquam explicari posse ab omnibus sit concedendum. Dein Graecos in formandis locativis vel dativis plur. primae et alterius quae dicuntur declinationum alio suffixo atque in tertiae dativis usos esse quis est qui contendat? Quare cum stirpium in *-α* et *-ο* exeuntium dativis semper *-σι* suffixum adiunctum appareat, facere non possumus quin ad aliarum stirpium dativos formandos par suffixum usurpatum esse profiteamur. Quod si quis *ᾱι* et *ο̄ι* diphthongos in stirpibus exeuntibus positas iam tempore antiquissimo ut geminata ad simplicem redigeretur effecisse opponat, eum revocamus ad consuetudinem quae in dativis stirpium in *-ατ* (*-αν*) et *-ματ* (*-μαν*) cadentium regnat. Quis est enim qui quamquam exitus harum vocum brevi vocali (*ᾰ*) subornatus est, vel in Homeri carminibus vel in dialectis vel in aliis scriptis Graecis unum eiusmodi dativum ut **ὀνόμασσι* unquam detexerit? Porro suffixi formam *-σι* stirpibus in consonam exeuntibus (*γυναιξί*, *θριξί*, *φλεψί*) semper adiectam esse suo iure monuit G. Meyer Gr. Gr. p. 308. Denique ne in stirpium vocalium dativis spirans *σ* inter vocales posita evanesceret, illam quam supra diximus rationis necessitatem prohibuisse optime Osthoff in „Morph. Unt." II, 36 sq. docuit.

Ex eis quae adhuc disseruimus sequitur, primum ut *-σι* (vel *συ*) primaria Graecorum dativorum-locativorum plur. suffixi species fuerit, deinde ut si stirpes sigmaticas omittimus, dialectus Attica et Ionica, quarum utraque tantummodo *-σι* praebeat, in hac re antiquiores sint quam ceterae dialecti, prostremo ut in dialectis Doricis et Aeolicis formae in *-σι* terminatae vetustiores atque priores sint quam illae in *-σσι* vel *-ασσι* exeuntes, id quod contra Ahrensii (II, 230) sententiam mihi dicendum fuisse existimavi.

Quae postquam demonstravi, ad Warnckei argumenta, qui dativos in *-εσσι* antiquissimam speciem prae se ferre nec per analogiam factos esse opinatur, animum advertamus. Gravissima eius argumenta sunt duo: primum non cognosci, cur exitus *-εσσι* a stirpibus quae in *-ες* cadunt non solum in ceteras translatus, sed etiam, id quod multo magis sit admirandum, his stirpibus ipsis iterum sit additus; deinde numerum minorem stirpium sigmaticarum ad mutandam multo maiorem ceterarum tertiae decl. stirpium copiam tantum valere haud quaquam potuisse, ut paene omnes in earum analogiam susciperentur.

Ad Warnckei summam argumentationem atque caput doctrinae, quam de anaptyctica *α* vel *ε* vocali, quae inter consonas vel etiam inter vocales atque suffixum -**σσι* (= **sva*) stirpibus accedens irrepserit, summa fiducia denuo protulit, me descendere cum loci mihi concessi penuria vetat, tum supervacaneum esse duco, quia plurimae res tam veri dissimiles sunt, ut sibi ipsae obloquantur. Atque tantum abest, ut duobus illis argumentis, quae ut gravissima Brugmano et Osthoffio opposuisse laetatur, illorum virorum doctorum sententiam labefectaverit, ut stabilisse eum et contendam et breviter demonstrare possim.

Cum enim suffixum *-σι* ad stirpes in consonas cadentes adiectum aut consonarum complexum (*ξ*, *ψ*) novum efficeret aut stirpium consonantes ultimas productione vicaria vel ascita vel neglecta elideret, dativi loquentibus aliam atque ceteri speciem aliamque atque reliqui casus stirpem habere videbantur. Quis est enim, quin cum dativos *φύλαξι*, *ἄρχουσι*, *λυθεῖσι*, *τοκεῦσι*, alios cum genetivis *φυλάκ-ων*, *ἀρχότ-ων*, *λυθέντ-ων*, *τοκέ-ων* vel cum accusativis *φύλακ-ας*, *ἄρχοντ-ας* *λυθέντ-ας*, *τοκέ-ας* comparat, dissensionem quae in eorum stirpibus ante suffixum intercedit, primo obtutu cognoscat? Haec autem discrepantia quia linguae naturae obstabat, per

similitudinem atque analogiam moveri cum coepta esset nati sunt illi dativi *φυλάκ-εσσι, ἀρχόντ-εσσι, λυθέντ-εσσι, τοκέ-εσσι.* Quae analogiae vis et auctoritas multis exemplis ex omnibus linguis Indoeuropaeis afferendis satis luculenterque declaratur et affirmatur. Quorum unum ex lingua Sorabica quae mihi Slavicarum est proxima affere liceat. In hac locativus sing. stirpium, quae in spirantes *s, c, ž* vel gutturales *k, h(g), ch* desinunt, non fere unquam primario suffixo *-ě ('e)* formatur, sed suffixo *-u*, quod a stirpibus in *-u* terminatis, etsi perinde atque in Graeca lingua stirpes in *-ες* cadentes numero multo minores quam ceterae sunt, eandem ob causam susceptum est, quam ob causam Graeci dativi a recta via declinabant, ne stirpis exitus in casibus obliquis mutaretur ante terminationes accedentes. Dicunt enim ex analogia Sorabi *w prochu* praeter *w proše, w sněhu* praeter *w sněze, we wjelku, non* iam **we wjelce, w kórcu,* non **w kórče, w knjezu,* non *w knježe.*

Quod vero Warncke his in rebus linguas quibus nunc utimur comparari cum linguis antiquis Graecorum Romanorumque vetat, tantum abest, ut probem, ut in omnibus linguis similem vel eandem analogiae rationem ab antiquissimis usque ad recentissima tempora regnasse et porro regnaturam esse neque media demum aetate sicut deam ex machina haud scio unde delapsam esse admodum persuasum mihi est.

In Graca autem lingua genuina dativorum plur. forma, quae ob discrepantiam offendebat, duplici modo tolli aliisque casibus obliquis adaequari potuit: vel translato *-εσσι* exitu a stirpibus sigmaticis vel suscepto *-οις* exitu a stirpibus in *-ο* cadentibus, quoniam uterque cum a vocali inciperet consonarum in quas stirpes cadunt transitum vel iacturam prohibebat. Ac profecto utraque via inita est. Etenim praeter dativos in *-εσσι* secundarios frequentiores haud pauci exstant in titulis tertiae declinationis dativi qui ab altera declinatione *-οις* terminationem mutuati sunt, quales sunt in dialecto Delphica: *ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγώνοις* (Cau. d. 84,25) praeter *ἐν πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσι* (E. Curt. An. Delph. 46); in Boeotica: *ἤγυς* i. e. *αἴγοις* CI. 1569ª, 39; in Thessalica: *ἀρχόντοις* (t. Melit. 313); in Arcadica: *πολέοις* (t. Phig. 13. 18). Quinquaginta omnino dativorum huc spectantium exempla collegit J. Baunack in Curt. Stud. X, 94 sq. quorum nonnulla, ut *ὄντοις* bis et viciens pro *οὖσι* in titulis Delphicis, saepius leguntur. Quodsi in his Warncke metaplasmum, quam analogiam rectius dicas, agnoscit, cur tandem in illis ubi translatio est multo facilior eandem rationem intercedere repugnat?

Casuum autem dissimilitudinem eorumque stirpium discrepantiam suscepta atque adiecta *-εσσι* vel *-οις* terminatione optime moveri haec doceant exempla: *αἶγ-ες, -ῶν, -ας, -εσσι (-οις); τρίχ-ες, -ῶν, -ας, -εσσι; ἄγοντ-ες, -ων, -ας, -εσσι (-οις); ἀγῶν-ες, -ων, -ας, -εσσι (οις); τοκέ-ες, -ων, -ας, -εσσι; ἀριστῆ-ες, -ων, -ας, -εσσι; βό-ες, -ῶν, -ας, -εσσι; ὄμματ-α, -ων, -α, -εσσι; γένε-α, -ων, -α, -εσσι; δυσμενέ-ες, -ων, -ας, -α, -εσσι.* Quid igitur impediebat, quominus *-σσι* terminatio etiam ad nominum in *-ες* terminatorum stirpem, quam loquentes ex casibus obliquis velut *γένε-ος**), *γένε-ι γένε-α, γενέ-ων, γενε* putabant, iterum annecteretur,

*) Similiter dativi dialectici stirpium in vocales *ι* vel *υ* vel diphthongos cadentium, quales sunt *πόλεσι, ἐπάλξεσι, δρομέσι,* eum in modum orti sunt, ut ad stirpem secundariam, quae ex casibus obliquis abstrahebatur, exitus eorum genuinus iterum accederet; quam rationem his illustrem exemplis: Attico: **πόλε-ες, πόλε-ων, *πόλε-ας, πόλε-σι;* Arcadico: *ἐςδόσε-ες, -ων, -ας, ἐςδόσε-σι;* Homerico: *ἐπάλξε-ες, -ων, -ας, ἐπάλξε-σι;* Callimacheo: *δρομέ-ες, -ων, -ας, δρομέ-σι.* Quicumque

ut *γενέ-εσσι* fieret? Quam duplicem analogiae vim ut possit probare, Warncke cum simile Graecae linguae exemplum desideret, respiciat ad serotinae Graecitatis praesens *ἀποκτιννύω,* cuius origo haec est: ab antiquissima verbi forma *ἀποκτείνω* (Hom.) ex verborum, qualia sunt *κεράννυμι* alia, similitudine ab Atticis recentioribusque poetis *ἀποκτίννυμι* fingebatur atque ad stirpem verbalem *ἀποκτιννυ* ita amplificatam terminationibus denuo coniugationis thematicae adiunctis nascebatur *ἀποκτιννύω.*

Alterum certissimum exemplum ex nostrae aetatis lingua atque id ex Lusatiae inferioris Sorabica depromam. Dativi sing. nominum masculinorum *synoju, duboju, sudnikoju,* quorum praeterea formae *synoj, duboj, sudnikoj* passimque etiam antiquiores *synoji* et *synowi, duboji* et *dubowi, sudnikoji* et *sudnikowi* sunt notae atque usitatae, ex syn-ovi+u, dub-ovi+u, sudnik-ovi+u nati sunt adiecto duplici dativorum suffixo, quorum alterum *-ovi (oj)* ad stirpes in *-u* cadentes (cf. Palaeoslov. synovi), alterum *-u* ad stirpes in *-a* desinentes (cf. Pal.-slov. dąbu) ab initio pertinebat. Jam quaesierit forsitan quispiam, quomodo *-εσσι*, quod non est verum suffixum, ad restituendos renovandosque casus adhiberi potuerit. Quod non est mirandum, quia stirpis exitus *-ες* cum suffixo *-σι* tam arte coaluit, ut a loquentibus *-εσσι* verum suffixum esse putaretur. Cuius rei Slavicae linguae praebent exempla prorsus aequalia. Etenim lingua Sorabica ad formandos masculinorum nominativos plur. terminationem *-owje* vel *-owjo* i. e. Pal.-slov. *-ove* (cf. *synowje* vel *synowjo* = *synove*), quae est usitatissima, excipiebat a stirpibus, quae in *-u* cadunt, paucissimis, quarum adhuc nisi hasce voces *syn, woł, dom* servavit nullam. In *-ove* autem terminatione *-ov* ad stirpis exitum pertinere et *-e* (= *ες*) tantum esse suffixi speciem (cf. *synov-e*) inter homines doctos et Slavicarum linguarum gnaros constat. Pariter genetivorum plur. terminatio *-ov (ow)* pervulgatissima non est suffixum, sed stirpis exitus, *-ŭ* autem suffixum (cf. Pal.-slov. *synovŭ* = Sorab. *synow*) in plerisque iam dudum est abiectum, ut *-ow (-ov)* ipsum suffixi vicibus fungatur.

Deinde quod Warncke ut originem illorum dativorum ad analogiam revocandam reprobaret, formas numero multo maiores a formis numero minoribus submoveri atque immutari non posse contendit, Sorabicis modo allatis multisque aliis diversarum linguarum exemplis refellitur. Unum praeterea de quo dubitari nequaquam potest ex Lusatiae inferioris dialecto Sorabica apponam. In lingua Palaeoslovenica suffixum primae personae sing. praes. -mĭ (= mi, *μι*) non est servatum nisi in his quattuor verbis: vě-mĭ (*οἶδα* cf. secundar. *γοίδημι* (H.) = *ϝοίδημι*), jěmĭ (i. e. jěd-mĭ ed-o), dā-mĭ (*δίδωμι*), jes-mĭ (*εἰμί*), in ceteris verbis in -ą abiit. Sed in Sorabica illa dialecto recentissimo tempore omnia fere verba ex analogia istorum quattuor singularium antiquissima illa terminatione denuo affici coepta sunt neque quisquam tales formas re vera secundarias quae sunt *kupujom* praeter *kupuju* (= Pal.-slov. kupują), *padnjom* praeter *padnu* (= padną), *njasom* praeter *njasu* (= nesą), quae ut ita dicam sub oculis nostris oriuntur, inde ab antiquissimo tempore retentas atque servatas esse affirmabit.

Denique stirpes in *-ες* cadentes cum non ita rarae sint, ut Warncke opinari videtur, tum parentes ut ita dicam sunt vocabulorum usitatissimorum et pervulgatissimorum. Quid, quod in Homeri carminibus, ut exemplo utar, dativus *στήθεσσι* centiens

hanc originem esse veram credit, is G. Meyero, qui in gramm. p. 307 dativos *πόλεσι* ex **πόλεσσι, ἐπάλξεσι* ex *ἐπάλξεσσι* etc. attenuatos esse docet, non facile assentietur, praesertim cum illi dativi sine dubio primitus *πόλισι, ἐκδόσιοι, δρομεῦσι* etc. sonuerint et fere recentiore demum tempore in Graeca lingua eisque in dialectis quae iam pridem abiecerant alterum *σ*, reperiantur.

noviens viciens legitur? Quam ob rem hos dativos aptos fuisse qui alios analogia ad rationem suam ducerent haud scio an nemo neget eamque in eis analogiae necessitudinem quam contendi profecto locum habere probasse mihi videor.

Prius autem quam hanc disputationem ad finem perduco, facere non possum, quin, quae res est ridicula atque mirifica, Warnckeum quamvis fortiter se libellum suum ad analogiae rationem refutandam et devincendam conscripsisse professus sit, tamen ipsum in peroratione quaestionis suae ut omnes difficultates explanaret, mirum quidem falsumque in modum ad analogiam sibi odiosissimam refugisse ostendam.

C. De futuris et aoristis sigmaticis.

Adiectis ad verborum stirpes *-σιω* et *-σα* suffixis futura et aoristos activi et medii qui sigmatici vocantur, fictos esse inter omnes constat; quibus in formandis quocumque stirpes in *-σ* exibant, binae spirantes concurrentes geminatas efficiebant. Quas geminatas primitus totius Graecae linguae proprias etsi dialectum Asiaticorum Aeolicam usque ad recentissimam aetatem rigide servasse scripta quae ad nos pervenerunt (v. Meister Gr. D. I, 134) perlucide declarant, ceterae dialecti cum scissae progrederentur in simplices sensim attenuari atque abire plerumque passae sunt; huiusque debilitandi usus initium iam illa aetate qua carmina Homerica exoriebantur, factum esse ex eo apparet quod a poeta syllabae quae *σσ* geminatis praecedunt in thesi saepius corripiuntur ideoque illis locis simplex tantummodo scribenda sit veluti in *τέλεσαν ἀκέσασθε ἀρέσαι.* Si singulas respicimus dialectos cum Ionicam et Atticam iam ante, quam prima earum monumenta quae adhuc perhibentur litteris sunt mandata, omnes eiusmodi geminatas ad simplices reduxisse cognoscamus, Dorica in verbi substantivi futuro geminatas non abiecit. Quod autem grammatici (v. Ahrens II, 99 n.) futura, qualia sunt *τελέσσω,* Siculis quoque vindicant, spectare mihi videntur ad poetas Siculos vel Theocritum vel Epicharmum vel alios qui quin istas futurorum formas ex epicae linguae imitatione posuerint haud dubium est. Quae futuri aoristique formationes una cum illis, quarum geminatae consona dentali *δ, τ, ϑ*, qua verborum radix finiebatur, spiranti *σ* adsimulata (cf. *ἐκομίσσατο*) ortae sunt, in societatem similitudinemque suam magnam vim stirpium in brevem *α* vel *ε* vocalem cadentium vocaverunt atque asciverunt. Haec exempla una cum Homericis illis collegit atque in examen vocavit Leskien (Curt. Stud. II, 8 sqq.), qui rectam explicationis viam ingressus est; praeterea de eis tractavere Curtius in Verbo II, 366 sqq. et nuperrime Oehler in dissertatione quae de simplicibus consonis continuis etc. Hallis 1880 inscripta est, qui quod quibusdam in rebus a Leskieni sententia abscessit, quin temere egerit vix dubitandum est. Equidem in enumerandis omnibus eiusmodi verbis ita agere constitui, ut exempla quae ex analogia ducebantur, a genuinis et primigeniis acriter seiungam.

I. Verba linguae epicae. — a) a stirpibus in *σ* desinentibus formata esse constat: *αἰδέσσεται χ* 419*): *αἰδες* cf. *ἀναιδής*. — *ἄκεσσαι Π* 523: *ἄκος* (*ἀκες*). — *ἀρεσσάσϑω ϑ* 396, *ἀρέσσομαι ϑ* 402: *ἄρος* (*ἀρες*). — *ἐπιμάσσεται Δ* 190, *ἐπιμασσαμένη τ* 468: R. *μας* v. Curt. V. I, 303. — *ἐρύσσεται Κ* 44, *ἔρυσσαν Α* 485: R. *ϝερυς* v. Curt. Stud. VI, 263. — *ἔσσεται Α* 239, *ἐσσεῖται Β* 393, *ἔσσεαι Σ* 95: R. *ἐς*. — *ἕσσαν ϑ* 366, *ἕσσει ϱ* 557: R. *ϝες*: *ἕννυμι.* —

*) Et hic et infra unius cuiusque futuri et aoristi, etiamsi exstent plura, unum tantum exemplum citare loci penuria sum coactus.

ἐτέλεσσε Μ 222: *τέλος* (*τελες*). — *ζέσσε φ* 44: R. *ζες*. — *ἠράσσατο Υ* 223: R. *ἐρας* v. Fick Wtb. I[3] 187. — *ϑεσσάμενος* (Hes. fr. 9) *ϑέσσαντο* Pind. N. V 18 al., n. pr. *Θέσσανδρος*: R. *ϑες;* cuius aoristi ex analogia recentiore aetate vel praesens *ϑέσσεσϑαι* (H)*) *ϑεσσόμενος* (H) fictum esse vidit G. Meyer Gr. § 513. — *κύσσε π* 15: R. *κυς*. — (*ἐ*)*νάσσα δ* 174: R. *νας*. — *νείκεσσε Ω* 29 cf. *νίκεσσε* (H): *νεῖκος* (*νεικες*). — *ὀδυσσάμενος τ* 407: R. *ὀδυς* v. Curt. Et. 244; praesentis *ὀδύσσομαι* (Stat. Flacc. 10 Epigr. 6. 8) forma recentissima a poetis ipsis ad aoristi similitudinem est facta. — *σεβάσσατο Ζ* 167: *σέβας*. — *τρέσσαν Ζ* 138: R. *τρες* cf. *τρέσσοντες* (H). — *σβέσσαι Π* 621: R. *σβες;* Brugman (Morph. Unt. I 19 sq.) de stirpe *σβη* vel *σβε* disserens formam ex analogia factam esse censet.

b) ex analogia ficta esse elucet: *ἄλεσσαν υ* 109: *ἀλέω.* — *γαμέσσεται Ι* 394: *γαμέω*; sed varia lectio est *γε μάσσεται* cf. *ἐπιμάσσεται.* — *κορέσσατο υ* 59: *κορέννυμι.* — *λοέσσομαι ζ* 221, *λοέσσας Ψ* 282: *λοέω.* — *ξέσσεν φ* 44: *ξέω.* — *ὀλέσσει β* 49, *ὀλέσσῃς Ε* 250: *ὄλλυμι.* — *ὀμόσσαι ε* 178: *ὄμνυμι.* Quibus verborum formis dubito num id quod Leskien, Curt. Stud. II 104,14 conabatur nominum stirpes veluti **κορες* et **λοες* supponere sit opus.

II. Exempla dialectorum Doricarum. — 1) Creticae: *ἐσσείται* epist. Epim. spur. ap. Diog. L. I, 105. — 2) Laconicae: *ἐσσούνται*, Spart. decr. ap. Thuc. V, 77. — 3) Heracleensis: *ἐσσήται* et *ἐσσόνται* tabb. Heracl. saepius. — 4) Siculae: *ἐσσείται* Epich. 98, Archim. saepius; *ἐσσέται* et *ἐσσόνται* Theocr.; *ἐσσέαι* et *ἐσσῇ* Bucol.; *ἐσσούνται* Archim.; *ἐσσείσϑαι* Archim., Sophr. 23.

III. Exemplum dialecti Thessalicae. — *ἐσσέσϑειν* t. Lar. Loll. vs. 16 = *ἔσεσϑαι.*

D. In singulis quibusdam vocabulis.

I. Certa exempla. — Dialectorum a) epicae: *ἐσσί* *εἶ* et imp. med. *ἕσσο* rad. *ἐς* apud Homerum aliosque poetas saepius; 2. pf. pass. *ἕσσαι ο* 250 et 2. plpf. pass. *ἕσσο π* 199 rad. *ϝες* (*ἕννυμι*). b) Doricae: *ἐσσί* saepius Epich. Sophr. Theocr. Plut. in dictis Laconicis cf. Ahr. II, 318. c) Atticae: *ἀποκτίννυμι;* quae forma inde a Cratini et Platonis temporibus usu venit; Appianus et Eusebius simplex etiam perhibent *κτίννυμι*, quod fictum est a stirpe debilitata *κτιν*, cui additum est suffixum verbale *-νυ* ex analogia complurium verborum in *-νυμι* qualia sunt *δείκνυμι, ἕννυμι.* G. Meyer in gramm. § 490 dubito num iure formam *κτίννυμι* ut falsam reiciat.

II. Exempla incerta. — Apud Homerum *ϑύσσανος, ϑυσσανόεις* iuxta *ϑῦσανος ϑῡσανόεις* a libris traditur, quod G. Oehler p. 42 ex radice *ϑυς* suffixo *-σανο* progenitum esse putat. — Apud Hippocratem coniectura *ἰσεννίουσα* participium verbi denominativi *ἰσεν-νύ-ω* ab *ἴσενος* adiectivo derivati in textum illatum est.

Altera pars.

De geminatione consonarum ex adsimulatione orta.

Iam ut quae consonarum geminationes adsimulatione plena seu progressiva seu regressiva sint factae demonstremus atque quibus ex consonis adsimulatis geminae duxerint orginem describamus, ad principalem quaestionis nostrae partem transgre-

*) Hesychii glossographi vocabularium littera (H) notabo.

dimur. Numerosissima adsimulationis exempla, cum binae consonantes quae sunt littera continua vel explosiva in quas vocis stirps desinit et spirans a qua incipit suffixum coalescunt, in vocabulis exeuntibus offeruntur. Rarior est geminatio in vocabulorum compositorum commissura, in quibus quaepiam spirans, quae iam evanescebat sive plane sublata erat, cum ab ineunte in mediam vocem moveretur, adsimulationis vi diutius retinebatur. Rarissime geminatae in ipsa vocum radice conspiciuntur. Atque etiam pedetemptim factum est, ut in lingua viva adsimulationis studium non solum unum idemque vocabulum complecteretur, sed etiam consona vocis prioris exiens incipienti posterioris consonanti adaequaretur. Quod adsimulationis iam latius procedentis studium, cuius exempla aliis adiecta atque intermixta suo loco afferemus, quamquam iam Homeri in carminibus passim apparet, tamen neque a soluta oratione Attica neque a litteris Graecis quae ex illa prodierunt probatum est, cum in his etymologica scribendi ratio semper praelata sit, quae in monumentis quoque unde inprimis adsimulationem illam novimus saepius occurrit. Qui quidem usus in praepositionibus monosyllabis vel apocope affectis, in articulo, in aliis denique quae accentu se artius ad proximam vocem applicabant voculis plerumque reperitur.

Ad considerandum comparandumque consonarum geminatarum numerum cum animum adverterimus, frequentissime spirantes σ, ϝ, j (ι̯) litteris continuis, rarius explosivas continuis vel spiranti σ, rarissime explosivas explosivis adsimulari intellegemus. Quam explosivarum adsimulationem, quae fere erat regressiva, singularum tantum dialectorum, Doricae, Aeolicae, epicae, non universae Graecorum linguae propriam exceptis $\overline{\pi\tau}$ et $\overline{\kappa\tau}$ consonis, quae in quibusdam Doridis dialectis in ττ coaluerunt, usitatam non fuisse nisi in componenda κατά praepositione apocope decurtata, ut ex τπ — ππ, τβ — ββ, τδ — δδ, τκ — κκ exorirentur, exempla infra afferenda docebunt.

Porro adsimulatio binarum consonarum continuarum (σμ, ρμ, ρν) vel continuarum explosivarumque (πλ, κλ, γλ, τλ, δλ = λλ; βρ, κρ, τρ, δρ = ρρ; γμ = μμ) ex singularum dialectorum indole cum multo saepius illae consonae integrae exsistant sparsim tantummodo usu venit. Sed tamen, ubi labialem quampiam explosivam secuta est labialis nasalis μ, ambas adsimulatione regressiva (β, π, φ + μ = μμ) inter sese consociari necesse erat, quo in usu antiquissimo omnes Graecae linguae dialecti cum omnibus temporibus consentirent, mediam μ hoc modo geminatam ad simplicem reduci numquam sunt passae. Omnium denique consonarum explosivarum mediae haud saepe geminantur neque in γ littera, utpote quae sola creberrime geminata perhibeatur, geminatio cum alterum γ sit signum gutturalis nasalis (cf. ἄγγελος i. e. aṅgelos) phonetica est, sed plerumque in scribendi ratione posita. E contrario κχ, πφ, τϑ litterae antiquiore tempore ad affricatas denotandas adhibitae, pro quibus in titulis interdum et ipsae geminatae aspiratae χχ, φφ, ϑϑ exaratae inveniuntur, aliqua ex parte in adsimulatione regressiva nituntur.

Ille usus, quo spirantes spirantibus aut explosivis aut continuis — adsimulatio spirantium σj vel σι̯ = σσ a multis viris doctis statuta ne uno quidem potest stabiliri exemplo certo — adsimulabantur, omnibus Graecae linguae dialectis communis aetate iam prisca notus fuit, sed postmodo cum dialecti seiunctae discessissent in altera prius, posterius in altera geminatae tali modo ortae cum earum loco, prout unius cuiusque erat natura atque indoles, vel ut compensarentur syllaba praecedens produci soleret vel immutata maneret, ad simplices consonas reducebantur. Nihilo tamen setius omnibus in dialectis idque vel in Ionica et Attica, quas ad geminatas

attenuandas maxime inclinasse satis est notum, haud pauca eaque frequentissima geminatarum continuarum exempla usque ad infimam linguae aetatem servata sunt, quae ne ad simplices redigerentur illa rationis vis ac necessitas, quam duxit ipsa linguae indoles et vocum natura, nescio an plurimum valuerit. Quod autem dialectus Asiaticorum Aeolica quippe quae esset veteris moris tenacior omnes paene antiquissimi temporis geminatas usque ad recentissimam aetatem sola atque una immutatas retinuisse putabatur, haec virorum doctorum opinio infringitur amplissimo illo pretiosissimoque de quo infra accuratius agetur titulo a Lollingio Larissae reperto, quo dialectum Thessaliae septentrionalis, id quod cum tituli antea effossi nimis fuerint exigui nec quicquam fere nisi nomina propria obtulerint, factum esse etiam Meister de dialectis Graecis I, 301 sq. negat, cum Asiaticorum Aeolica artissima affinitate sibi coniuncta hac quoque in re prorsus consensisse clare perspicueque intellegitur neque est cur amplius Stephani Byzantii Eustathiique testimoniis, quae apposuit Meister, diffidamus. Denique quod praeter hanc utramque epica quoque dialectus plura quam ceterae geminationis exempla praebet, non ut vulgo fit, ubi viri docti loquuntur de Homeri Aeolismis, ad Aeolicae linguae momentum reduxerim, sed eiusmodi voces quippe cum in poesi epica formae antiquiores iuxta recentiores saepius occurrant, ex priore Graecae linguae aetate asservatas esse putaverim. Carmina enim epica quae totius populi Graeci aurea illa aetate communia fuisse consentaneum est cum serius ab Ionibus Asiaticis alta et fota essent in universum Ionicae linguae proprietates susceperunt, sed metro munitas atque retentas ex illa vetustiore lingua haud paucas conservaverunt formas, quas multo frequentiores quam Homeri textus a libris manu scriptis nobis traditus offert, fuisse quominus coniciamus nihil prohibet.

Qua de causa cum nec de Aeolismo nec Dorismo aut Atticismo carminum epicorum verba facere liceat vocum formae, si forte illarum dialectorum propriae obveniunt, vel a viris doctis, qui carminibus Homeri in unum redigendis a Pisistrato praefecti erant, vel a diasceuastis vel grammaticis Alexandrinis vel chirographorum librariis seu voluntate seu incuria intermixtae mihi videntur.

His reputatis cum ad singula geminationis quae ex adsimulatione orta est exempla exceptis Asiaticis-Aeolicis demonstranda accedamus, hanc quaestionem nostram ut usus planius perspiciatur secundum causas modo prolatas in partes tres digerere nobis proposuimus atque loquemur:

1) de geminatione, quae omnibus dialectis communis usque ad novissimam Graecae linguae aetatem permansit;

2) de geminatione, quae universae Graecae linguae olim communis in singulis plerumque dialectis productione vicaria aut ascita aut neglecta ad consonam simplicem reducta est;

3) de geminatione, quae Graeca lingua iam scissa in singulis demum dialectis conspicitur.

De geminatione, quae omnibus dialectis communis usque ad novissimam Graecae linguae aetatem permansit.

De Σ geminata.

A. De geminatis σσ (ττ), quae ex κι̯, χι̯, τι̯, ϑι̯ adsimulatione progressiva sunt ortae.

Abundans certe exemplis cunctisque in dialectis pervulgata est geminatio spirantis σ, quae nascitur explosivis sive tenuibus sive aspiratis cum *j* spirante vel ι̯ (τι̯, ϑι̯, κι̯, χι̯ = σσ) adaequatis. Quem usum cum G. Curtius Et.[5] 664 sqq. et Verb. I, 301 sqq. atque Ascoli Studii crit. 324 sqq. iam uberius examinarent, exempla quoque aliqua ex parte collegerunt. Quod vero Ascoli et Curtius geminatas σσ etiam ex σι̯, πι̯, βι̯, γι̯ prodisse censent, illos viros doctissimos errare Osthoff, Verbum in der Nom. comp. 341 et G. Meyer, Griech. Gramm. 285 not. iure meritoque contenderunt.

Qua quidem adsimulatione factae geminationis plurima exempla suppeditant et verba in *-σσω* et nomina feminina in *-σσα* cadentes usitatissima; atque cum in illorum verborum nullo, in nominum vero paucissimis, quae infra in altera huius alterius partis particula collocabuntur, geminatae ne novissima quidem linguae aetate ad simplices attenuatae sint, tum haud paucas voces istis terminationibus praeditas ex eorum analogia formatas esse mox demonstrabimus.

Denique geminatas σσ in dialectis Boeotica atque hac fortasse ducente in Attica recentioribus, id quod viris doctis Curtio Et.[5] 666 et G. Meyero Gr. 242 assentientibus Ascoli in studiis suis criticis probavit, mutatione secundaria in geminatas ττ transgressas esse commemorandum est; at Meyerum quod innixus una ex variis Thessalorum nominis forma *Θετταλοί, Θεσσαλοί, Θεταλοί, Πετϑαλοί, Πεταλοί* hunc transitum Thessalicae quoque dialecto imputat, errare tituli adhuc reperti qui solas voces geminata σ spiranti praebent subornatas: Pher. 2 *Μολόσσειος;* Lar. Loll. vs. 17 *πρασσέμεν* i. e. *πράσσειν*, vs. 19 *ὅσσαπερ*, v. 41 *ὅσσουν* (cf. Boeot. *ὁπόττα, ὁπόττοι*) aperte luculenterque docent.

Quibus de causis haud scio an cuncta exempla huc spectantia colligere, in ordinem redigere, denuo examinare operae pretium esse videatur.

I. Verba in -σσω (ττω) exeuntia.

a. Certa exempla.

1) *Geminatae σσ ex κι̯ factae sunt in verbis:* *ἀνάσσω: ἄναξ, Ἄνακες* Dioscuri. — *ἀραβάσσω, ῥαβάσσω* Lex.: *ἄραβαξ* (*ἀραβακ*); ad eandem stirpem referenda sunt verba ab Hesychio aliisque lexicographis tradita: *ῥαφάσσειν ῥάσσειν ῥήσσειν ἀράσσειν.* — *ἀμαρύσσω*, quocum iure Fick, Bezz. B. V, 167 contulit Scr. subst. *márîci* fulgor et Lituan. *mérkti, mérkiù* nictari. — *ἀΐσσω, ᾄσσω* Hom., *ᾄττω**) Att. ex *ἀϝίκι̯ω: ἀίκη* Ο 709 et *vinc-ere.* — *ἀμύσσω: ἀμυκ-αλαί* (H), cf. Curt. Et.[4] 536. — *βρύττειν· ἐσϑίειν* (H): *βρύκ-ειν· ἐσϑίειν* (H). — *γλαύσσω* Lex.: *γλαῦξ* (*γλαυκ*). — *δειδίσσομαι* Hom., *δεδίττομαι* Att.; Plat. Phaedr. 245, *διδίσσηται* Ion.; Hipp. II, 646 ex *δεδϝίκι̯ομαι: δέδοικ-α; δεδείκ-ελος* (H). — *δαιδύσσεσϑαι· ἕλκεσϑαι* (H), *δϝεκ = δυκ: duc-ere* Fick, Bezz. B. II, 267. — *δράσσω, -ομαι: δράξ* (*δρακ*); *δάρκ-ες* (H), Curt. V. I, 311. — *ἑλίσσω εἱλίσσω* (ep.): *ἑλίκ-ωψ.* — *ἐν-ίσσω:* Curtius Et.[4] 454, Lat. *ic-o*, Fick, Bezz. B. VI, 238 *νεῖκος* confert. —

*) Huc spectant Hesychii gll. *ἀΐττεσϑαι· διιάζειν ἢ διάζεσϑαι* (sic pro corruptis *δικάζειν* et *δικάζεσϑαι* scribendum est) et *ᾄττεσϑαι· διάζεσϑαι στήμονα*, praeterea in Bekk. Ann. 461,26 *ἄττεσϑαι. ὃ ἡμεῖς διάζεσϑαι, Ἕρμιππος* et 452,30 *Σώφρων ἄττεσϑαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσϑαι· μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ζ ἐγένετο*, ex quibus verbis Sophronem id, quod exspectatur, *ᾄσσεσϑαι*, exhibuisse videtur apparere; neque enim apud Siculos ττ pro σσ reperitur (v. supra); *διάζεσϑαι* vero sermone ad verba in *-ζομαι* exeuntia aberrante ex *διάσσεσϑαι* prodisse vel grammaticus ille ipse indicat.

ἐγγλύσσει Hdt. II, 92: *ἐγγλυκ-άζει.* — *ἐπι-όσσομαι· ἐφορῶ: ὄσσε* Slav. *oči;* Hesychius praeterea exhibet: *ὄσσεις· βλέπεις, ὄσσει· βλέψει* et formas Ionicas: *ὀσσέων, ὄσσευ.* — *ἐπι-όσσομαι· προςαγορεύω*, cf. *ὄττεσϑαι· κληδονίζεσϑαι* (H): *vox, voc-is.* — *ϑωρήσσω* (ep.): *ϑώραξ* (*ακος*) — *ϑαάσσω* (ep.), *ϑᾶττω* Att.: *ϑᾶκ-ος* Att. — *ϑαλυσσόμενος* (H), *ϑαλυκ-ρόν* (H). — *κνώσσω* (poet.): (*κ*)*νῶκαρ* Nic. th. 189. — *κηρύσσω: κῆρυξ* (*υκος*). — *κλώσσω: gloc-io.* — *κοράττειν* (H): *κόραξ* (*ακος*). — *λεύσσω: λευκ-ός.* — *λαβρύσσω* (H): *λάβραξ* (*ακος*). — *μαλάσσω: μαλακ-ός* et *μαλϑάσσω* Aesch. Prom. 1008: *μαλϑακ-ός.* — *μορμολύττω, -ομαι: μορμολύκειον* Ar. Th. 417, Plat. Phaedr. 77 et *μορμολύκ-η* Str. 1. 2. 8.; ad eandem radicem spectat *μορμύσσομαι* Call. Dian. 70. — *μάσσω: μακ-αρία* (H) et *mac-eria.* — *μύσσω* et *σμύσσεται· ἀπομύσσεται* (H): *μῦκ-ος*, Curt. Et.[4] 161. — *μαιμάσσω: μαῖμαξ* (*ακος*). — *νύσσω: νύξις* Curt. Et. 536. — *πέσσω: coquo.* — *πλήσσω: πλάξ* (*πλακ*) tabula, Lituan. *plakù*, plango. — *παιφάσσω* Hom.: *fac-ies.* — *πράσσω: πρακός* = *πράκτιμος* tit. Delph. et Lat. *prec-or*, Lituan. *perkù.* — *προ-ίσσομαι: προίξ* (*προικ*). — *πτήσσω, πτώσσω: κατα-πτακ-ών*, Curt. V. I, 312. II, 207. — *σάσσω* Hipp. Att.: *σάκ-ος*, Curt. V. I, 313,14. — *σαλάσσω: σαλάκ-ων.* — *σφαλάσσειν· τέμνειν κεντεῖν* (H): Lituan. *spilk-à*, acus, Fick, Bezz. B. I, 335. — *ὑλάσσω* D.C. Char.: *ὑλακ-ή*; antiquiores verbi formae sunt *ὑλακ-τέω* Hom. Xen. et *ὑλάσκω* (ex *ὑλάκ-σκω*) Aesch. Suppl. 855; quare in *ὑλάσσω* analogia fortasse est agnoscenda. — *φαρμάσσω: φάρμακ-ον.* — *φράσσω: ἐπεφράκ-εσαν* Ioseph., *πέφραγα, ἐφράγην* scriptt. recentt., Lat. *farc-io*, ceterum conf. G. Meyeri Gr. p. 39. — *φρίσσω: φρίξ φρίκ-η.* — *φλυάσσω*, Lac. *φλουάσσω: φλύαξ* (*ακος*); huc quoque pertinent Hes. gll. *φλύσσει· ἐρυγγάνει; φρυάσσεται· γαυριᾷ; φρυάττεται: ἐπαίρεται;* ρ = λ; ex R. *φλυ* (*φλύ-ω*) vel *φρυ* amplificatione factae sunt RR. *φλυκ* et *φλυακ* vel *φρυακ.* — *χαράσσω: χάραξ*(*ακος*).

Sunt vero verba, quae si ad eorum aoristos pass. vel nomina derivata respicimus, in stirpis exitu mediam γ exhibere videantur, ut nonnulli viri docti σσ etiam ex γι̯ genitum esse putaverint; attamen cum secundum certas Graecae linguae leges γι̯ ab initio numquam in σσ, sed semper in -ζ transformatum esse constet, primariam tenuem κ in mediam γ debilitatam esse statuendum est; exempla autem sunt: *κινύσσομαι* Aesch. Cho. 194: *κίνυγ-μα* Aesch. Prom. 157. — *λαφύσσω* Λ 176, Ρ 64, Σ 583; cum subst. *λαφύκτης* et *λάφυξις* a grammaticis demum ficta nihil probent, stirpem gutturalem indicat *λαφυγμός* Arist. Nub. 50. Eup. — *μαρμαρύσσω*, cui cognatum est *ἀμαρύσσω: μαρμαρυγή.* — *πατάσσω* Hom.: *παταγός* Hom. — *ποιφύσσω* Nic.: *ποίφυγμα* Aesch. Sept. 280, al. — *σμαράσσω* et *μαράσσω* Et. M., schol.: *σμαραγ-ίζω* Hes. et *σμαραγ-έω* epici. — *σπαράσσω* trag., al.: *σπάραγ-μα, σπαραγ-μός* cf. Lat. *spargo;* ceterum G. Meyer p. 97 comparat adii. *περκ-ός* et *περκνος.**) — *τάσσω: ἐτάγην ταγός* cf. Lituan. *tinkù*, Fick I, 588. — *τινάσσω: ἐτινάγην*, v. Ascoli Stud. crit. 335 n. 20.

2) *Geminatae σσ ex χι̯ adsimulatae sunt in verbis:* *βδελύσσομαι* et *βδελύσσω* eccles.: *βδελυχ-ρός*, Epich. ap. Ath. VII, 321 D. — *βήσσω: βήξ, βηχ-ίον.* — *βλήσσει* (cod. *βηλήσσει*)· *βληχᾶται* (H): *βληχ-ή.* — *ϑράσσω, ϑρήσσω* (Ion.): *τέτρηχ-α, τραχ-ύς.* — *μειλίσσω: μείλιχ-ος.* — *μορύσσω*, cui comparant Pott Et. Forsch. II, 34 n. pr. *Μόρυχ-ος* et Fick, Bezz. B. VI, 238 Lituan. *mirksztinti* et Slav. *mrŭsiti sę* (= *mrŭchiti* sę) eiusdem significationis. — *ὀρύσσω: ὀρώρυχ-α, ὀρυχ-ή;* χ ex pri-

*) Ex eadem *spark* stirpe fluxerunt: *πυλάσσω* (v. Curt. Et.[4] 289. 720) et *σπαλύσσεται· σπαράσσεται* (H).

κ aspiratum esse putaveris, si respicis ad Latinum *ru-n-care;* cf. Curt. V. I, 317. — πτύσσω: πτύξ, πτυχ-ή. — ταράσσω: ταραχ-ή, -ός.

3) *Geminatae σσ ex τι adsimulatae sunt in verbis:* ἀρύσσω Ion.: ἀρύτ-ω Att. — ἀγνώσσω Luc.: ἄγνωτ-ος i. e. ἄγνωστος. — αἱμάσσω: αἷμα (αἱματ). — βράσσω, βρήσσω Ion.: βρατ-άνη, Curt. Et.[4] 574. Lat. *frĕtum* et Pal.-theodisc. *brât-an*, Fick I, 696. — ἐρέσσω: ἐρετ-μός. — ἐγρήσσω Hom.: ἐγερτί, ἐγερτ-ικός. — ἐπίνυσσε Ξ 249: πινυτ-ή Hom. et ἀπινύσσω Ο 10: ἀπινυτ-ός. — ἱμάσσω: ἱμάς (ἱμά[ν]τ). — λίσσομαι: λίτ-ομαι (raro). — μελίττω: μέλι (μελιτ); eiusdem stirpis est βλίττω, Curt. V. I, 368. — νεώσσει (H): νέωτ-α, νεωτ-ερίζω. — πάσσεται· ἐσθίει (H): πατ-έομαι. — πυρέσσω: πυρετ-ός, cf. πυρετιάω. — πλάσσω: πλάτ-ος, cf. *latus.* — τυφλώσσω Pol. Plut.: τυφλωτ-ός, derivatum ex τυφλόω. — ὑπνώσσω trag.: ὑπνωτ-ικός Ar. Th., al., cf. epic. ὑπνώω, vulg. ὑπνόω, a subst. ὕπνος deductum. — ψύττει· πτύει (H): πυτ-ίζω quod est verbum eiusdem significationis.

4) *Geminatae σσ ex θι adsimulatae sunt in verbo:* κορύσσω: κόρυς (κορυθ).

b) Exempla non satis certa.

1) *σσ ex κι adsimulatae esse videntur in verbis:* ἀβέσσει· ἐπιποθεῖ· θορυβεῖ (H); notio, ni fallor, indicat hanc glossam cum verbo ἀΐσσω esse cognatam; β enim = ϝ in Dorica dialecto saepe occurrit; at ε pro ι? — αἰθύσσω (ἀθύσσει (H) lapsui calami est imputandum): αἰθυκτήρ A. P. Opp., αἴθυγμα Pol. Plut., attamen haud scio an haec substantiva recentiora ex verbi analogia formata sint. — θωύσσω trag.: θωυκ-τήρ A. P. IV, 91. — κοράσσει· ὀρχεῖται (H), fortasse in κορδάσσει emendandum est, ut sit derivatum a κόρδαξ (ακος), cf. κορδακ-ίζω. — λίσσωμεν· ἑάσωμεν (H), cuius rad. λικ esse opinatur Curt. Et.[4] 456. — λύσσεται· μαίνεται (H): λύσσα (infra). — μυττωτεύω Ar. Vesp. 63, μυττωτός Ar. Eq. 771, μυσσωτεύματα· ἀρτύματα (H), μυσσωτότριβον· ἀλετρίβανον (H), quae cum verbo μάσσω eiusdem stirpis μακ esse notio docet; offuscata enim α vocali μακ in μοκ et μυκ abiit; stirpis species μοκ retenta esse videtur in Cypria Hesychii gl.: μοτωτοφαγία· θυσία τις ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου τελουμένη, quod ordo vocabulorum μοττωτοφαγία scribendum esse suadet. — πάσσω, πίσσω (H. ἐπιπίσσειν· ἐπιπάσσειν); de radice huius verbi nihil adhuc certi prolatum est; fortasse cum Lat. *spargo* cognata et ex *(σ)πάρκιω, *πάρσσω, πάσσω nata est, v. Curt. Et. 275. — τοιθορύσσειν· σείειν (H): τοιθορύκ-τρια (H). — εὖ τρόσσεσθαι· ἐπιστρέφεσθαι. Πάφιοι (H); Curt. Et. 462 Latino v. *torqu-eo* collato τρόσσω ex *τρόκιω factum esse suspicatur.

2) *σσ ex χι adsimulatae esse videntur in verbis:* μυσάττομαι Att.: μυσαχρός (H), sed fortasse adi. *μύσακος statuendum est. — νάσσω fut. νάξω; Curtius V. I, 315 dubitat, quae consona gutturalis in hac radice insit, Vaniček cum νάκ-της = Lat. *nacca* i. e. fullo prorsus alius notionis voce confert; equidem ausim stirpem ναχ statuere, quam legis in glossa Hesychiana: νήχυτον· πολύ, vide infra sub v. ναττορέον. — τόσσεις Pind. P. III, 27. V, 48. X, 33 et ἐπέτοσσε ib. IV, 26; Curtius V. II, 289 ad rad. τοκ vel τοχ reducit et cum τυχ-εῖν verbo comparat. — τύσσει· ἱκετεύει (H); Curt. V. I, 313 a rad. τυχ (τυχ-εῖν) derivandum putat, sed notio non bene quadrat.

3) *σσ ex κι vel χι adaequatae esse videntur in verbis:* ἀλύσσειν· τρέμειν (H), stirpem in κ vel χ exisse indicant tragicorum fut. et aor. ἀλύξω, ἤλυξα verbi incohativi ἀλύσκω, quod ex ἀλύκ-σκω factum esse Curtius V. I, 276 autumat. — πλίσσω, -ομαι; stirpem vel in κ vel in χ desisse docet Curtius V. I, 213. — τυλίσσω Alex., schol.: ἐτυλίχθη Theocr. XXIII, 54; radix est τυλικ vel τυλιχ, nisi potius ex analogia originem hoc verbum duxisse statuere malis.

4) *σσ ex θι factae esse videntur in verbo denominativo:* μοττωνῆσαι· τῇ πτέρνῃ τύψαι, quod a subst. μόθων (saltatio Laconum lasciva) prodisse contenderim.

c) Verba ex analogia nata.

1) Saepenumero verba, quae primitus in stirpis exitu mediam γ exhibebant atque vulgo in -ζω terminantur, ab analogia numerosorum quae in -σσω cadunt verborum ducebantur. Ad quam analogiam adhibendam multum valebat, quod ab his perinde atque a stirpibus, quae ab initio in κ vel χ exibant, futura et aoristi act. in -ξω, -ξα formabantur (ἄξω ἔῤῥηξα), quam ob rem a loquentibus eorum stirpes facile confundebantur.*) Paene omnia eiusmodi praesentia Alexandrina demum Romanaque aetate apparent; sunt vero haec: αἰνίσσομαι (ττ): αἰνίζομαι θ 484. — ἁρμόσσω (ττ) Ion. Att. rec.: ἁρμόζω, cf. ἁρμογή. — ἄσσω Et. M., κατάσσω App. Artem.: ἄγ-νυμι ἔαγα. — γρύσσων· χοῖρος Eust., quod est particip. verbi γρύσσω: γρύζω fut. γρύξω et Lat. *croc-ire* ‚krächzen'. — θωμίσσει (H); subst. θῶμιγξ, θώμιγγος ab Herodoto saepius usurpatum stirpem θωμι(γ)γ indicat; part. aor. pass. θωμιχθείς (Anacr. 21,10) ad hanc quaestionem nullam potest afferre lucem; voces Ionibus tantummodo videntur fuisse usitatae. — λαπάσσω: λαπάζω = ἀλαπάζω, fut. λαπάξω. — λατάσσω et λατύσσω (H): λαταγέω, λάταξ, αγος. — λύττειν Poll. IV, 185: λύζω Ar. Ach. 690, cf. λύγξ (λυγγ) λυγγάνομαι. — πήσσω Str., al.: πήγνυμι, πέπηγα. — πτερύσσομαι Luc., Ael., al.: πτερυγίζω, πτέρυξ, υγος; ad eandem stirpem spectat Hes. gl.: ἀπταρύσσεται· πέτεται, cf. ἄπτερος· αἰφνίδιος. ἰσόπτερος (H), quae vox alpha prothetico vel, ut Clemm, Stud. VIII, 82 sqq. vult, alpha privativo et intra stirpem α vocali pro ε (cf. Doric. ἱαρός sim.) exornata est. — ῥήσσω Str. Theocr. Hipp.: ῥήγνυμι, ἔῤῥωγα. — σταλάσσω Eur. Lycophr., al.: σταλάζω. — σφάσσω Tarent., σφάττω Boeot., Attici inde a Platone; vetustior forma est σφάζω a rad. σφαγ. — συρίττω aetatis Romanae; vulgo συρίζω cf. σύριγξ. — φρύσσω, quod est φρύγω forma multo inferius.

2) Terminationes -ασσω, -ισσω (rara), -υσσω, -ωσσω cum magis magisque diligi coepta essent verborum nominumque stirpibus ad verba denominativa, quibus plerumque certa quaedam significatio inest, facienda annectebantur neque est cur Curtio, qui in Verbo I, 368 pleraque haec verba a nominibus in -ακο vel -ωτο, quae vulgo non exstant, desinentibus deducta esse censet, assentiamur. Haec analogiae ratio agnoscenda est in verbis, quae cadunt:

α) in -ασσω: ἀφάσσω Hdt. III, 69 et ἀφασσάω: ἀφή, ἅπτω. — δρομάσσειν (H), ο vocali in υ offuscata δρυμάσσει (H) et aucta δρωμίσσουσα· τρέχουσα (H), quae aeque atque δρομάω (Hes. fr. 221,2 δρομάασκε) vel δρωμάω (H. δρωμᾷ· τρέχει) a stirpe δραμ, δρομ Scr. *dram* (Curt. Et. 214) derivata sunt. — θλάσσω,

*) Contrarius analogiae usus conspicitur in recentissima Graeca lingua, in qua dum nomina adhuc terminationem -σσα obtinent verba, quae antiquitus in -σσω cadebant, tenui σ spirante in z mediam debilitata cum verbis in -ζω terminatis commixta sunt, ut nostrae aetatis Graeci ἀλλάζω pro ἀλλάσσω, χαράζω pro χαράσσω pronuntient.

Gal., al. med. pro vulg. *ϑλάω*, quod ab Homerico aor. *ϑλάσσε M* 384 ductum est, Curtius V. I, 314,34 vero nulla causa ex st. *ϑλασ-* adsimulatione consonarum *σι̯* = *σσ* ortum esse putat. — *ϑύσσομαι* (H), quod pro *ϑύω* similem in modum a rad. *ϑυς* derivatum est. — *κλαδάσσω* Emp.: *κλαδάω, -όω, -εύω.* — *καμάσσειν· κραδαίνειν* et *καμάσσεται* (quod pro *καμάσσυται* tradito scribere non dubito)· *πτερύσσεται* (H). — *κλυδάττομαι* Diog. L. V, 66: *κλυδάζομαι.* — *λαυφϑάσσω* (H): *λαυφϑάζω*, sed origo non liquet. — *πλατάσσω* (Gr.) quod aeque ac *πλαταγή* et *πλαταγέω* ex *πλάτη* descendere videtur. — *ῥαϑάσσω*: vulgo *ῥαϑ-αίνω.* — *σελάσσομαι* Nic. et *σελαγέω* (serot.), quae sunt ad vetustius praesens *σελάω* referenda. — *ταντaλάσσεται δάκρυα· στάζει δάκρυα* (H), fortasse a n. pr. *Τάνταλος* derivatum, cf. *ταντaλίζεται* Ar. fr. 711 et *ταντaλωϑείς* Soph. Ant. 134. — *τιϑάσσω* Et. M., vulgo *τιϑασεύω* ab adi. *τιϑασός;* in Hes. gl. *ἀτίϑασσον· ἀνήμερον* geminata errori scribae tribuenda videtur esse. — *ὑπνάσσω* (H) pariter atque *ὑπνώσσω* per analogiam ex *ὕπνος* fluxit. — *φριμάσσεται* Theocr. V, 141: *φριμάω.* — *ψαλάττω* Lycophr. 139, ex *ψάλλω* amplificatum.

β) in *-ισσω*: *ἐφεδρίσσων* (H), quod est posterioris aetatis pariter atque *ἐφεδρήσσω, ἐφεδράζω, -ίζω, -ιάω*; formata sunt ex subst. *ἔφεδρα* vel adi. *ἔφεδρος*; M. Schmidtii emendatione *ἐφεδρήσσων* ordini vocabulorum repugnante non est opus. — *κυρίσσω*, sicut *κύρω* et *κυρέω* a rad. *κυρ* (Curt. Et. 158), ad similitudinem huius praesentis Aelianus nat. an. 16,20 subst. *κύριξις* finxit; huc denique referas Hesych. nomina *κυρίττιλος* et *κυριττοί.* — *ματαΐσσει* (H) ex adi. *μάταιος* similiter ac *ματαΐζω* et *ματαιάζω* prodiit. — *φαλίσσεται* (H), ex adi. *φαλ-ός* vel *φάλιος* deductum.

γ) in *-υσσω*: *ἀφύσσω* (ep. poet.) ex rad. *ἀπ, ἀφ*, cf. *ἀφάσσω.* — *βλαβύσσειν· βλάπτεσϑαι* (H). — *δατύσσειν· λαφύσσειν· ἐσϑίειν* (H), rad. *δατ* in *δατέομαι.* — *διαβύσσει· διακαμύσσει* (H), utrumque verbum ex analogia est genitum; ad prius conf. *βύζω, βυνέω, βύω*; rad. est *βυ*, v. Curt. V. I, 261. 317. — *εἱλύσσω: εἱλύω.* — *καπύσσω* (H): *καπύω.* — *καρδάμυσσε· κατάπιε* (H) — radix? — *λαβρύσσω* (H), sicut *λαβρεύομαι*, descendit ab adi. *λάβρος.* — *σκαρδαμύσσω* Eur. Xen., cuius verbi altera pars *-μύσσω* ex *μύω* est amplificata, neque vocabula *σκαρδαμυκ-τής* Arist. et *σκαρδαμυκτέω* Luc. ab isto verbo demum ficta ad stirpem gutturalem probandam afferre licet. — *φαλύσσεται* (H), fallit, rad. (*σ*)*φαλ*, Curt. Et. 375. — *φληνύσσω* Dor. *φλανύσσω*: *φλήνω, φληνύω.* — *χανύσσει* (H), quod fluxit ex *χανύειν* ab *χάσκω* (*χαίνω*) deducto.

δ) in *-ωσσω.* Etiamsi quod Curtius in Symb. phil. Bonn. I, 281 verba in *-ωσσω* cadentia id quod usum attinet cum verbis Latinis in -utio terminatis, velut *balbutio, caecutio* comparet, valde mihi arridet, tamen omnibus illis verbis Graecis nomina in- *-ωτος* exeuntia subesse persuadere mihi non potui, sed cum eiusmodi verbis certa notio (v. Lobeck Rhem. 248) indita sit, partim ex vetustiorum verborum *ἀγνώσσω, τυφλώσσω, ὑπνώσσω, νεώσσω*, de quibus supra egimus, analogia profluxisse pro certo affirmem neque ad probandam aliquam stirpem in *-κ* desinentem substantiva *ξ* vel *γ* litteris subornata *ὀνείρωξις* Plato, *ὀνειρωγμός* Arist., al., quippe quae sint ex illis verbis deducta, quicquam valere praeceptori meo dilectissimo G. Curtio (V. I, 369) libentissime credam. Ad analogiae igitur vim sunt revocanda verba: *ἀλεώσσω* (H): *ἀλεός.* — *ἀμβλυώσσω* Pl. Luc. — *ἀμβλώσσω* Nic. th. 33. — *ἀκρώσσει· ἀκροᾶται* (H). — *ἰκτερώσσω* (serot.): *ἰκτερόομαι.* — *καρδιώσσω* Arist. — *λιμώσσω*, Plut. Luc.: *λιμός.* — *λοιμώσσω* (serot.): *λοιμός.* — *ὀνειρώσσω*,

Pl.: *ὄνειρος.* — *ὑγρώσσω*, Aesch. Ag. 1329: *ὑγραίνω, ὑγρός.* — At in Hesychii gll. *ϑρώσσει* in *ϑρώσκει* et *ἔϑρωσσεν* in *ἔϑρωσκεν* emendandum esse videtur.*)

II. Nomina quorum geminatae *σσ* ex *κι̯, τι̯, ϑι̯* sunt adsimulatae.

a) Certa exempla.

1) *σσ ex κι̯ sunt natae in nominibus: ἄνασσα* ex **ἄνακι̯α* (cf. *Ἄνακες*) vel **ἄνακτι̯α*; CI. 1223 *Εὐρυβάνασσα;* Roehl inscr. Gr. ant. nr. 381 *Ἑρμώνοσσα* (Ion.) pro *Ἑρμώνασσα, Ἰάνασσα.* — *γλύσσων* Ar. Xen. gramm. ex *γλύκι̯ων.* — *ἥσσων*, Ion. *ἕσσων: ἧκ-ιστα;* ad eandem stirpem *ἡκ* revocandum est *ἧσσα* eiusque der. *ἡσσάομαι*, Ion. *ἑσσέομαι* al. — *κολοσσός* et der.: *κολοκ-άνος*, Lat. *grac-ilis*, Curt. Et. 152; huc pertinet *κολασσία* (H). — *λοῦσσον*, Theophr.: *λευκ-ός*, R. *λυκ* Curt. Et. 160. — *μάσσων*: *μᾶκ-ιστος* (Dor.), *μακρός;* hinc iterum derivavit Dius Stob. fl. II, 497: *μασσότερον*, cf. epic. *ἐπασσύτερον.* — *ματτύη, ματτύης*, comici ap. Att. ‚Ragout', ex rad. *μακ* (*μάσσω*) suffixo *-υο* ortum. — *ὄσσα* (ep. poet.): *vox (voc);* derivata sunt *ὀσσεύομαι* (*ττ*) Arist. *ὀσσῶσϑαι* (H) *ὀσσεία* Lex. *ὀσσῆξαι· ἐπιδεῖξαι* (H) — *ὄσσε*, ex *ὄκιε*, pl. *ὄσσων ὀσσέων*, verb. deriv. part. *ἀποσσοῦν· ἀφορῶν* (H): *ὄκκον*, Slav. *ok-o, oči.* — *πάσσαλος* (*ττ* Ar. Vesp. 129), Lac. *πάσσαλερ· σφῆνες* (H), *πάσσακος* (H), *πασσάκιον* Ar. Ach. 763, *πάσσαρος* (cod. *πασσάριος*)· *σταυρός* (H), ex rad. *πακ*, vulgo *παγ* (cf. *πήγ-νυμι*) suffixis *-ι̯αρο* et *ι̯αλο* formata. — *πίσσα* et der.: *pix (pic) „Pech".* — *πύσσαχος* (H) Knebel: *πυκ-νός, πυκινός;* rad. *πυκ* ex *πακ* offuscatam esse docet Sonne KZ. X, 130, quare cum *πάσσαλος* voce componendam eam duco. — *δίαττος* (H) et v. denom. *διαττάω* Pl. Soph. 226 B., Theophr. eiusque deriv. *διάττησις* Plut. m. 693 E; voces *δίαττος* et *διαττάω* proprie sunt Atticae nec forma *σσ* subornata *διασσάω* exstat nisi in lexicis nostris (v. Steph. Thes. s. v.). Reicienda est Ascolii Stud. crit. 341 explanatio verbi *διαττάω*, qui ex *διασσάω* (*σάω* = *σήϑω* cribro) eam compositam esse speciosius quam verius profitetur; etenim primum lingua Attica nusquam *σσ* in commissura vocum compositarum retinuit, deinde *σάω* ex *σjάω* natum esse Fick I, 799 quidem contendit, sed num in fronte vocum unquam *σι̯* in *σσ* mutatae sint, non constat (v. G. Meyer § 222), quin etiam omnino *σι̯* in *σσ* transisse negandum est (G. Meyer § 269); tum Hes. glossa *δίαττος· τὸ κόσκινον. ἡ ἀλευρότησις* verbum *διαττάω* ex *δίαττος* deductum esse docet; *δίαττος* enim ex eadem prodiit stirpe ex qua *διᾴττω* i. e. *διαΐσσω* vel simplex *ἀΐσσω*, in quo verbo ipso saepius iota subscriptum omittitur (v. Steph. Thes. s. v.) ob eamque rem haud scio an rectius scribamus *δίᾳττος, διᾳττάω, διᾴττησις.* — Substantivorum gentiliciorum feminina in *-ισσα* cadentia ex *-ικι̯α* facta esse docuit Misteli KZ. 19, 116; sunt enim *Θρήισσα* vel *Θρᾷσσα* (*ττ*): *Θρᾷξ; Κίλισσα: Κίλιξ; Φοίνισσα: Φοῖνιξ;* similiter adi. ep. *ἀμφι-έλισσα: ἕλιξ* et subst. poet. **πόλισσα* pro vulg. *πόλις* ex **πόλικι̯α* (cf. *πολίχ-νη* = **πολίκ-νη πολίχνιον*), quae vocis forma inest in adii. compositis Aeschyleis *πολισσονόμος* et *πολισσοῦχος* (praeterea debilit. *πολισοῦχος*), v. Curt. Et. 282; quorum vocabulorum ad similitudinem ab adiectivis in *-ικός* exeuntibus ficta sunt feminina quae leguntur et ap. Pindarum aliosque *Λίβυσσα: Λίβυς* et ap. scriptores recentiores *ἡρωίσσα, ἡρῷσσα* Ap. Rh. pro vulg. *ἡρωίς*,

*) De praesentibus *κόσσω, βλέσσω*, aliis, quae vulgo Aeolibus tribuuntur, a grammaticis inventis iam uberius egit Meister Griech. Dial. I, 136.

βασίλισσα, πανδόκισσα, μαγείρισσα (LXX) et in titulis Atticis recentissimis: διακόνισσα 3527, Ἀντιόχισσα 2351 saepiusque Λαοδίκισσα 2546, Ἑρμιόνισσα 2409 alia.

2) *σσ ex χι̯ sunt ortae in nominibus:* ἄμυσσος · κῆτος. Λάκωνες (H): ἀμυχή, ἀμυχ-μός. — ἆσσον Ion. ep. ex ἄγχι̯ον, ἄγχι; huc referas ἀσσότερος, adv. ἀσσοτέρω, epico-aeol. ἐπασσύτερος, superl. ἄσσιστα Aesch. fr. 64, adv. ἀσσοτάτω A. P. — βράσσων (ep.): βραχίων; βρόσσονος · βραχυτέρου (H) Curt. Et. 660 et Ahr. II, 504 Aeolibus tribuunt. — γλῶσσα et der.: γλώξ, γλῶχες Ascoli Stud. crit. 335. — δισσός (ττ) et der.: δίχα, διχῶς. — ἐλάσσων et der. veluti ἐλαττονάκις, ἐλαττονέω: ἐλαχ-ύς. — θάλασσα, ex rad. ταραχ, v. Curt. Et. 655; huc spectat n. pr. Lacon. Θαλεσσίων Roehl inscr. 67. — θάσσων: ταχ-ύς, τάχ-ιστος. — θρίσσα (ττ) et θρίσσος A. P.: τριχία(ς) τριχίς. — ναττορέον · πολύῤῥουν (Soph. fr. 249) ex rad. ναχ, cf. verb. νήχ-ω et Hes. gl. νήχυτον quam Vaniček Etym. Wörtb. 262 ex νη et χυτός conflatam esse falso autumat; eandem ad radicem ναχ pertinent Hes. glossae: νῆττον · πλῆρες. μεστόν, ex νάχι̯ον vel νήχι̯ον factum; itaque ναττορέον suffixo -αρεο (vulgo αριο) ex νᾶττον (νῆττον) mihi videtur esse derivatum. — πάσσων: compar. adi. παχ-ύς. — τρισσός (ττ) et der. τριττύς, τρισσαχῇ sim.: τρίχα, τριχῶς. — τρυσσόν (H): τρύχ-ω, -ινος, τρῦχ-ος. — ψῆσσα: ψήχ-ω; -ρός. — ψιττία · ψωμία. Ἀττικοί (H), quod descendit a ψίξ (ψιχ).

3) *σσ ex τι̯ sunt natae in nominibus:* ἄσσα ex ἄτι̯α et ἄσσα (ἄττα) ex ἄτι̯α. — Ἄεσσα CI. 2566 femina quaedam: Ἀέτ-ης. — θῆσσα (ττ): fem. subst. θής (θητ). — Ἰοφῶσσα (H) ex Ἰοφώντι̯α: Ἰοφῶν, -ῶντος. — κρείσσων (ττ), Ion. Dor. κρέσσων, ex κρείτι̯ων, v. Curt. Et. 669. — Κρῆσσα trag.: Κρῆτες. — Μάγνησσα Theocr. Call.: Μάγνητ-ες. — μέλισσα (ττ) et der.: μέλι (μελιτ). — νῆσσα (ττ), Dor. et Boeot. vetust. (Ar. Ach. 875) νᾶσσα, dem. νησσάριον: *anas, anatis.* — πένησσα Script. eccl. πένης (πενητ). — περισσός (ττ) et der.: περίτ-ια · Μακεδονικὴ ἑορτή (H) et Περίτιος, nomen mensis Macedonici. — ψυττόν · πτύελον (H): ψύττει. — In femininis adiectivorum derivativorum in -εις, -εσσα, -εν cadentium, quae in lingua epica et poetica praecipue epithetorum ornantium vicibus funguntur, terminationem -εσσα ex -ϝε(ν)τι̯α natam esse iam diu constat. Exempli gratia afferam ἀχλύεσσα, ἠνεμόεσσα, ὀμφαλόεσσα, ψίεσσα Ion., ὠκίεσσα. Quibus in femininis non numquam vocales ο et ε contractas esse hae voces doceant: λιθοῦσσα, ξεινοῦσσαι, οἰνοῦσσαι, Οἰνοῦσσαι insularum Ionicarum quinque, Ὀφιοῦσσα · ἡ Ῥόδος, Αἰγοῦσσα (sc. νῆσος), non procul a litore Siciliae occidenti sita cf. Caprera, Κισσοῦσσα et Κισσόεσσα Plut. Lys. 28; amat. narr. 1, fons in Boeotia prope Thebas situs, Γονοῦσσα et Γονόεσσα, Σκοτοῦσσα praeter Σκοτόεσσα (Paus.) et Σκοτοῦσα (nummi) Thessaliae urbes. In dialecto Attica praeterea ex noto illo usu σσ in ττ mutatas offerunt οἰνοῦττα Ar. Pl. 1121, μελιτοῦττα, Μυῤῥινοῦττα CI. 403, προσωποῦττα Poll. Denique duplicem in simplicem reductam habes consonam in t. Syllii Pamphylico τιμάϝεσα Bezz. B. V, 326 vs. 6, nisi potius geminatam, ut in tt. Corcyr. στονόϝεσαν Roehl inscr. nr. 343 vel Locr. Opunt. πράσων Cau. d. 93,4, simpliciter exaratam arbitrari malis. — Porro eadem ratio statuenda est in femininis participiorum et adiectivorum Doricae dialecti in -ασσα exeuntibus: part. v. subst. ἔασσα ex *ἔατι̯α et ἔσσα ex *ἔτι̯α, a quo descendit subst. ἐσσία · οὐσία, v. G. Meyer § 18. Eodem spectant etiam Hesychii glossae πάρεσσα · παροῦσα, ἀέκασσα · ἄκουσα (ex *ἀϝεκα(ν)τι̯α), κύεσσα · κύουσα (ex *κυετι̯α), ἴεσσα · ἰοῦσα (ex *ἰετι̯α), Atticum Persephonae nomen Φερρέφαττα, Φερρέφασσα ex Φερρεφα(ν)τι̯α et epicum adi. πρόφρων

femin. πρόφρασσα ex *πρόφρατι̯α et subst. θέρμασσα, fornax (Brugm. Morph. Unters. II, 235).

4) *σσ ex θι̯ sunt genitae in nominibus:* βῆσσα ex βηθι̯α; R. βαθ Curt. Et. 389; eo referas βᾶσσος, βασσαίας, βήσσιον (H); Βῆσσα Β 532, Locrensium urbs et Atticae pagus, Βάσσαι Paus. VIII, 30,4, Arcadiae municipium. — βυσσός Ion.: βυθός Ω 80; derivata sunt ἄβυσσος (ἄβυθος aetat. post.), βύσσαλοι · βόθροι (H), βυσσαλεύω, βύττος · γυν. αἰδοῖον (H), Clemm. Stud. VIII, 70. — κισσός (ττ) ex κιθι̯ός: Lat. *hedera*, Ascoli Stud. crit. 332, derivata sunt multa, velut κισσύβιον κίτταλος (H) nom. pr. decurtata Κίσσος Κισσῆς.*)

b) Exempla non satis certa.

1) *σσ ex κι̯ factae videntur in nominibus:* ἀοσσητήρ (ep. poet.), ἐοσσητήρ et ὀσσητήρ (H) a rad. σακ ex *ἀ-σοκ-ιη-τήρ ortum esse autumat Curtius Et. 454; eiusdem stirpis est ἀοσσέω (Mosch. IV, 110 ἀοσσῆσαι). — ἔπισσαι, ἔπισσα, ἔπισσος (H), quae ex ἔπικι̯ος prodisse putat Curtius Et. 209. — κάσσα et der. κασσαυρεῖον sim. et compos. Κάσσανδρος -α; vocem κάσσα Schmidtium in KZ. VIII, 319 iure ad rad. (σ)καγ, σκακ (salio) rettulisse probat Slavicum *skak-ati* salire. Falso Vaniček 149 ex κασι̯α natam esse opinatur. — κίσσα ex rad. κικ: κίκκα gallina; deriv. κισσαβίζω. — κροσσός Clem. Al., Poll., fimbria, κροσσωτός Lyc.; collatis similis notionis vocibus κρόκη, κροκίς, -ός ex *κρόκι̯ος factum esse opineris, neque tamen altera ex parte radix *kart* flectere a voce abhorret. — κρωσσός, -ίον urna; a rad. *krak* ex *κρωκι̯ο derivat Vaniček. — λύσσα, ex *λύκι̯α ortum esse censet Fick Wtb. sub rad. *ruk* collato Gothico v. *in-rauh-t-jan;* ex λύσι̯α, id quod statuit Ascoli, adsimulatum esse nequit; huc referas ἄλυσσος, plantae genus, et denom.: λυσσάω, λυσσαίνω. — λίσσον · ἔλασσον (H), quem comparativum Curtius Et. 373 spectans ad adi. ὀλίγος et Hes. gll. λίζον · ἔλαττον et λίζονες · ἐλάττονες ex st. λικ deducit; eandem ad stirpem pertinet λισσούς · δεομένους (H). — μέτασσαι Ι 221 et τὰ μέτασσα h. Merc. 125, ex μετάκι̯α(ι) facta esse arbitratur Curtius Et. 209. — νεοσσός (ττ) et ε vocali eiecta νοσσός ex adiectivo νέος, novus, suffixis -οκ-ιο aucto formatum esse autumem atque cum Lat. *novîcius* et Slav. *novak* comparem; derivata exstant plurima. — νύσσα Bion XV, 31, ex νυκι̯α a rad. νυκ, Curt. Et. 536. — φάσσα ex φακι̯α vel φαχι̯α natum esse mihi persuasit Ebel, KZ. XIV, 45.

2) *σσ ex τι̯ ortae videntur in nominibus:* βύττος (H), quod Bezzenberger Beitr. II, 266 allato Theodisco *quiti* ex *γϝότι̯ος concrevisse docet; huc quoque spectat quae litteram μ pro β in fronte fert glossa μύττος · ἐν(ν)εὸς καὶ τὸ γυναικεῖον [μορίον]. — Ἐπίασσα · Δήμητρος ἐπώνυμον (H) fortasse ex ἐπ-ια(ν)τι̯α i. e. ἐπιοῦσα, ut sit dea agri culturam ambiens, nisi quis glossam in Ἐπιά(να)σσα, ut sit dea (terrae) imperans, emendare et cum masculino Ἐπίαναξ (tit.) conferre mavolt. — Θερμώδοσσα ex Θερμωδο(ν)τι̯α, si comparas masc. Θερμώδων, -οντος. — κρισσός iuxta κιρσός ramex ex κιρτι̯ός: κρότος, pulsus et Lat. *cart-ilago.* — κρόσσαι (ep. Jon.) gradus, πρόκροσσαι et πρόκροσσον (H), quod nomen fortasse ex rad. *kart*, secare originem ducit. Aliter explicat Lobeck Path. El. I, 500. — λισσός, λισσάς ep., Att., levis; γλιττός (H) et γλίττον (Eust.), ex *γλίτι̯ος Curtio Et. 369 auctore, Vaniček,

*) Κιττίης in lamella Euboica 171 (Roehl inscr. p. 100) nomen est, ni fallor, Boeoti cuiusdam suffixo Ionico praeditum.

qui *γλιττός* ex *γλιστός* adsimulatum esse opinatur, haud dubie errat. A *λισσός λισσάς* derivatam esse censeam vocem Laconicam *λισσάνιος*, qua Ar. Lys. 1171 pro *ἀγαθός* utitur, siquidem notiones quodam modo consociari possunt. Viri docti etiam nomina Creticae urbis *Ὀλισσήν, Λισσήν, Βλισσήν* ad stirpem adi. *λισσός* revocant. — ***Μάρπησσα***, *I* 557, fortasse ex *Μάρπητια*, cf. *πένησσα θῆσσα*. — *ψύττα · πρόχυμα; ψυττόν · πτύελον; ψύτταρον · σφακίον* (H), quas voces verbo *ψύττω* (H) cognatas a st. *ψυτ* vel *πυτ* (cf. *πυτ-ίζω*) deduxerim.

3) *σσ ex θι natae videntur in substantivo κίσσα*, Lac. *κεῖσσα* (H), quod Fick, Bezz. B. I, 173 ex **χειθια, *κειθια* ortum esse contendit et cum Lituan. *geidžù* cupio facete confert.

B. De *σ* geminata ex *νσ* adsimulatione regressiva facta.

In hoc adsimulandi usu, qui vulgo in compositorum commissura apparet, dialecti Graecae congruunt, etiamsi non numquam adsimulationem neglectam esse exempla a G. Meyero § 274 allata docent. In titulis vero etiam vocabulorum in *ν* exeuntium consona sequentis vocabuli consonae *σ* adsimulatur.

a) Exempla certa.

1) *universae linguae: συσσημαίνω, συσσήπω, συσσοΐη* (H), *συσσίτιον;* simplex modo *σ* scribitur, si altera compositi pars a duabus consonis incipit: *συσκιάζω, συστρέφω.* Praeterea *πάσσοφος* Pl., *πασσέληνος* Ar., *πασσυρεί* Poll., *πασσύρως · πανοικί* (H); — 2) *dialecti epicae: παλίσσυτος, -τέω; πασσυδίη* praeter *πανσυδίη*; — 3) *titulorum α*) Atticorum in praep. *ἐν*: *ἐσ Σάμῳ* CIA. I, 188,35, *ἐσ σανίδι* 38 c, 7, *ἐσ Σημαχιδῶν* 274,15, *ἐσ Σίγγῳ* 446,52, *ἐσ στήλῃ* 103,2, *ἐσ Σιδῶνι* II, 86,31; atque vel attenuatum *ἐστήλῃ* I, 45,16. 61,7. 64 b, 2. *β*) Ionicorum: *τῶσ συμπάντων* Cau. d. 131,41, *πασσυδιάσαντος* CI. 3524,5.

b) Exempla non satis certa.

G. Meyer § 497 Osthoffio duce v. *νίσσομαι*, quod ex **νίσιομαι* (Curt. Et. 315) factum esse nequit, ad *νινσιομαι* pariterque § 513 *πτίσσω* ad *πτίνσιω* (cf. *pinsere*), denique *πίσσον*, vulgo *πῖσον* ad **πίνσιον* vel **πίνσον* (cf. *pisum*) reducit.*) — Pro oppidi Cretensium nomine ***Πρίανσος*** Harduinum in nummis ***Πρίασσος*** legisse tradit Hoeck I, 413.

De *Λ* geminata.

A. In verbis in -*λλω* exeuntibus.

Eorum verborum, quorum praesens in -*λλω* cadit, duo distinguas genera: alterum primitivorum, alterum denominativorum; in illis stirps desinit in liquidam *λ*, horum maxima pars a nominum vel substantivorum, ut *ἄγγελος*, vel adiectivorum, ut *ποικίλος*, stirpibus in *λ* litteram terminatis deducta est. Praesens suffixo -jo (-jε) = Scr. yâ formatur, qua ex re j spirante ad *λ* consonam adsimulata *λλ* nascuntur. Exempla huius geminationis omnibus in dialectis valentis cum Curtius in Verbo I,

*) In Iliadis *Κ* 493 Leskien et Osthoff *ἀήθεσκον* legunt pro *ἀήθεσσον*, quam formam iam mature corruptam imitatos *ἀηθέσσουσα* Apoll. Rhod. I, 1171 et *ἀηθέσσοντες* Nic. Alex. 378 finxisse persuadet G. Meyer § 513.

300 sqq. et 366 sq. attulerit, proposito nostro sufficiet illa omnia non nullis aucta hic breviter enumerare.

I. Verba primitiva. ἄλλομαι, ἀγάλλω et derr. *ἀγάλλιος ἀγαλλιάζω. Ταραντῖνοι* (H), *αἰόλλω, βάλλω βαλλίζω, βδάλλω, βδέλλω βδύλλω* (H), *δαιδάλλω, δάλλω* (H), *δενδίλλω, θάλλω, ἰάλλω* (reduplicatione omissa, si scripturae fides est habenda, in Bekk. Ann. 414 *ἀπ-άλλεις · ἀποπέμπεις**), *κέλλω, κιξάλλω* (t. Ion. in Roehl. inscr. p. 136,19), *μέλλω* (in Attica dialecto *λλ* stirpi inhaerentes in alia etiam transierunt tempora: *μελλ-ήσω, ἐμέλλ-ησα*), *μοιμύλλω, μύλλω* (*μυλλαίνω*), *ὀκύλλω · ὀκλάζω* (H), utraque vox spectat ad eandem radicem atque *κλά-ω*, cf. *ὀ-κέλλω* et *κέλλω*), *πάλλω, σκάλλω, σκέλλω, σκύλλω, στέλλω, σφάλλω, τέλλω* (poet. pro *τελέω*, inf. Cret. *τέλλεν*, Roehl. inscr. p. 126), *τίλλω, ψάλλω;* Lacon. *φούλλω* pro **φύλλω*, quod in Hes. gl. *φουλλόμενοι* (codicis scr. *φυλλόμενοι* litterarum ordini repugnat) · *τιλλόμενοι. Δωριεῖς* Ahrens reposuit**); Arcad. *ζέλλω* et *δέλλω* = *βάλλω* (*ἐςδέλλω* tit. Teg., *δέλλειν* (H); Hes. *βέλλειν* = *μέλλειν*, cf. Roscher, Stud. III, 135 sq.

II. Verba denominativa: ἀγγέλλω: ἄγγελος, ἀγκύλλεσθαι (H): *ἀγκύλος, αἰκάλλω: αἴκαλος, αἱμύλλω: αἱμύλος, αἰόλλω: αἰόλος, ἀτασθάλλω: ἀτάσθαλος, ἀτάλλω: ἀταλός, καμπύλλω: καμπύλος, κωτίλλω: κωτίλος, μαδάλλω* (H): *μαδαλός*, quae est forma dialectica pro *μαδ-αρός****), *ὀγκύλλομαι* (H): *ὀγκύλος* (H), *μιστύλλω: *μιστύλος* (cf. Dor. *μιτύλος* Theocr., Hes.) ex **μιττύλος* attenuatum), *ναυτίλλομαι: ναυτίλος, ὀφέλλω: ὄφελος, παιπάλλω: παίπαλος, ποικίλλω: ποικίλος, σκερβόλλω* Ar. Eq. 821: *σκέρβολος, στρογγύλω: στρογγύλος, στωμύλλω: στωμύλος.*

III. Verba ex analogia formata: Sunt praeterea denominativa quaedam, ad quae nomina in -*λος* terminata afferri non possunt; Curtius V. I, 367 ea nomina ad nos non pervenisse arbitratur; sed etiamsi id non negem, tamen ad omnia illa verba formanda eiusmodi nominibus non opus fuisse, sed ea ad speciem istorum denominativorum in -*αλλω* et -*υλλω* desinentium facillime formari potuisse contenderim. Sunt vero haec: *ἀσχάλλω, ἀτιτάλλω* (cf. *ἀτάλλω*), *βρύλλω* (*βρῦν εἰπεῖν*) Ar. Eq. 1126. 1386, in quo certissime analogiae ratio est agnoscenda, *δερμύλλω* (*δερμύλλει · αἱμοποτεῖ, ἐκπαίει* et *δερκύλλειν · αἱμοποτεῖν, ἄλλοι δερμύλλειν διὰ τοῦ μ* Hes.), quod pertinet ad subst. *δέρμα, ἐξαπατύλλω* Ar. Ach. 657, et *ἡβυλλιάω* Ar. Ran. 516 verba deminutiva ab Aristophane ex more comicorum ab *ἐξαπατάω* et *ἡβάω* consulto ficta, *ἰνδάλλομαι Ψ* 460, praeterea Hes. *ἰδάλλομαι* et *εἰδάλλομαι* (cf. adi. *εἰδάλιμος*), *κναδάλλω*, quod descendit a *κνάω, ὀρκίλλομαι*, velut exstaret adi. **ὄρκιλος* praeter *ὀρκι-κός, ὀφέλλω* augeo: Lat. *opul-entus, ὀφέλλω* verro, *σαπύλλω* Rhint., cui radicem *svap* subesse suspicatur Fick Wtb. 416, *φιάλλω* Ar., *ψαθάλλω* Alex. et *ψαθαλλ-έω* Eust., quae sunt verbi *ψάω* frequentativa, cf. adi. *ψαθ-υρός* Ar., *ψοθάλλω* (H): *ψόθος* (H).

IV. Exempla dubia. Non liquet, qua ex radice fluxerint haec verba ab Hesychio tradita *ναιδάλλειν · νηστεύειν, σκαμβάλλει · ἀκηδί . . .*, quod fortasse ad adi. *σκαμβός*, curvus, pertinet, *ὠβάλλετο · διωθεῖτο, ὠγύλλοντο, ὠθύλλετο.* — Utrum in aoristo *θρυλλίχθη* (praeter *θρῦλίχθη*) *Ψ* 396 verbi, quod a *θρύπτω* vel *θραύω* amplificatione natum esse videtur, *λλ* geminatae recte se habeant necne, diiudicare non ausim.

*) Hesychii gl. *ἐσ-ιόλλοντι · ἐκπέμπουσιν*, quam M. Schmidt Boeoticae dialecto tribuit, cum in hac *ἐσιάλλονθι* esse deberet, ex Arcadum vel Cypriorum dialecto susceptam esse putem.

**) Similiter Hesychii gll. *διέφυλλε · διέτιλλε* et *διάφυλλε · διέτεμεν* in *διέφουλλε* corrigendae sunt.

***) Pro *μαδάλλω* Hesychius exhibet *δαμάλλω* (*δαμάλλοντες · δαρδάπτοντες*), nisi forte lapsus calami statuendus est.

Hesychius infin. aor. I. act. *πιῆλαι* offert, quem M. Schmidt in *πιῆναι* mutavit, sed cum ad adi. *πίαλος* Hipp., pinguis, respicis, *πιῆλαι* a v. denominativo *πιάλλω* derivatum esse veri simillimum putes.

B. In nominibus -λλ- exhibentibus.

Ad nominum stirpes in liquidam *λ* cadentes cum *ϝο* suffixum accedebat, *λϝ* consonae semper, cum suffixa *ι̯ο* et *νο* adiungebantur, *λι̯* et *λν* consonae plerumque adsimulatione progressiva inter se adaequabantur, dialectique Graecae cum in hac adsimulatione adhibenda tum in geminata, quae tali modo nascebatur, retinenda paucissimis exceptis vocibus omnes consentiunt. Atque nominibus huc spectantibus, quae modo referemus, nonnulla verba, quorum geminatae *λλ* ex *λν* factae sunt aut factae videntur, statim iniungamus.

I. Certa exempla.

a) *λλ ex λϝ adsimulatae sunt in nominibus:* *κυλλός* et deriv., velut *κυλλαίνω κυλλότης κύλλιξ Κυλλήνη* et n. pr. decurt. *Κύλλος Κύλλας*: *κυλλός* ex *κυλϝός* ortum esse voces Latinae *curvus, curvor* et Slavica *krivyj* luculenter testantur. — *πέλλ-α, -η, -άς, -ίς*, mulctra etc., ex **πέλϝα, *πελϝι* a rad. *πελ* implere: Lat. *pelvis;* huc spectant Hes. gll. *πελλαντῆρα · ἀμολγέα* et *πελλητήρ · ἀμολγεύς* (cod. *-γός*), quarum alteram Athenaeus 495 E Thessalis Aeolibusque tribuit. — *πέλλα*, pellis, cutis: Lat. *pulvî-nar* et Lituan. *plėvê;* huic voci subiungam cognatas *πέλλυτρον* Aesch., *πέλλιξ · κράνος* (H) = *πήληξ* Hom., dubitantius *βέλλιρ · τρυφαλία. Λάκωνες* (H), quae fortasse a st. *ϝελϝ* ex *ϝέλϝις* (cf. Theodisc. varjan) deducenda est. — *πελλός* et attenuata geminata *πελός* Soph. fr. 122 D quod respiciens ad Palaeoslov. *plavŭ*, albus, et Lituan. *pàlvas*, flavus, ex *πελϝός* factum esse credam eamque ipsam ob causam, quod formae quae praeterea in lingua Graeca reperiuntur *πελιός* (*πολιός*) et *πιλνός*, quae est Hesychio auctore Cypria, litteras *ι* et *ν* integras servaverunt. Ad eandem stirpem revocaverim Hesychii glossas *πελλᾶς · πέληος. πρεσβύτης; πελλαιχρὸν ἢ πελλαιχνόν · πυρρόν* et nomina propria decurtata *Πέλλης, Πέλλιχος, Πέλλην*. — *πελλία · σπέλεθοι* (H) et *σπέλληξ* (*σπέλληξι · σπελέθοις* H); ex rad. *σπελ, σπιλ* suffixo *ϝο* factum est **σπελλός*, sed antiquo iam tempore sigmate initiali abiecto et productione vicaria adsumpta vox abiit in *πηλός* formam, quam Homerus et Dorienses usurpant; ex **σπελλός* descendit *σπέλλ-ηξ* et demin. *πελλίον*; conferas *σπέλεθος* et *πέλεθος* ex **σπέλϝεθος* et Latin. *palus* ex *palvos. — *σκόλλις* et *σκόλλυς* Lex., capilli quodammodo recisi: cum *σκόλλις* forma ex **σκόλϝις* orta Latinum *calvĭ-tium* et cum *σκόλλυς* ex **σκόλϝυς* nata Graec. *σκολύ-πτω* et Lat. *calvus* procul dubio recte comparaveris. — *χελλών · ἰχθὺς ποιός* (H) praeter *χειλών*, quam vocem cum *χέλυς* et *χελώνη* cognatam esse apparet et propterea ex **χελυ-ων, *χελϝ-ων* coaluisse concludo. — *χολλάδες* (comici, cf. Meineke Com. fr. IV, 74) praeter *χολάδες* ex **χολϝάδες*, quacum voce Lat. *haru-spex* comparat G. Meyer § 290. — A radice reduplicata *ϝε-ϝλο* vel *ϝελϝ[ελ]* (cf. Lat. *volv-ere*), in qua inest notio flectendi, volvendi, derivantur haec vocabula: 1) *ἴλλω*, volvo, quod primo occurrit in Soph. Ant. 340 *ἰλλομένων ἀρότρων*: Goth. *valvjan;* huc pertinent Hes. glossae: *ἀβέλλει · στρέφει* (Lacon. vel Cret.), *ἀέλλων* (cod. *ἀελλῶν*) *· στρέφων, ἠίλλοντο · ἐστράβιζον, ἤλλοντο*, quae pro *ϝ* exhibent *α* furtivum, quale vocibus *ἀείρω ἄεθλον ἀΐσσω* aliis est praefixum. — 2) *ἰλλάς* *N* 572, restis, ex *ϝελϝάς;* derivat. *ἐλλ-εδανός* *Σ* 553. — 3) *ἐλλωτίς* = *ϝελϝωτίς*, quam Athenaeus

(678 *ἐλλωτίδα φησὶ τὸν ἐκ μυρρίνης πλεκόμενον στέφανον*) et Hesychius (*Εὐρώπης στέφανος πλεκόμενος, πηχῶν εἴκοσι*) coronam fuisse et in Creta, cum dies festus Europae ageretur, portatam esse narrant. Qua de causa illa solemnia nominabantur *Ἐλλώτια*. Quod Bergk ad Pind. Ol. XIII, 56 *ἐλλωτίς* ex *ἐν λωτῷ* factum esse putat, non probo, cum Athenaeus non de corona ex loto, sed ex myrrha flexa verba faciat. — 4) Ex primario **ϝελϝ-ος* prodierunt *α*) *ἴλλος* Poll. oculus, *β*) *ἰλλός · στρεβλός* (H), a quo descendunt *ἰλλίς · στρεβλή* (H), *Ἰλλεύς*, pater Apollonii Rhodii, *ἔπιλλος · παράστραβος* (H), *ἐπιλλίζω, ἰλλώπτω, -πέω, -πίζω, βέλλιαι · εὐκίνητοι*, *γ*) *ἑλλός* i. q. *ἕλιξ* flexus, curvus, quod ipsum ab *ἑλλός* deductum esse et initio geminata exstructum fuisse Hes. gll. *γελλίκη · ἕλιξ* et *ἐλλίζων · τίλλων* indicant; nam notio vellendi non adeo abhorret a primaria flectendi, ut *γέλλαι · τῖλαι* (H), ex *ϝελσαι* factum, licet Meister Gr. D. 105 n. neget, cum hac stirpe nequeat conferri. *δ*) Ad idem adiectivum *ἑλλός* denique revocandum est compositum *ἔλλοψ*, fem. *ἐλλοπίς* (H) plur. *ἔλλοπες*, quem pluralem *Ἕλλοπες* proprie usurpatum principalem plenamque fuisse formam ethnici *Ἕλλην* hypocoristicorum more pronuntiati et similem in modum hypocoristica *Ἕλλος* ex *ἔλλοψ* et *Ἑλλάς* ex *Ἑλλοπία* decurtata esse Fick in Curt. Stud. VIII, 307 sq. probare studuit.

b) *λλ ex λι̯ adsimulatae sunt in nominibus:* *ἄλλος*, quod ex *ἄλι̯ος* natum esse iam Latinum *alius* monstrat; plurima eius exstant derivata et composita, qualia sunt *ἀλλά, ἀλλαγή, μεταλλάω, περίαλλος;* in dialecto Cyprica sola, quae *αἶλος* (v. G. Meyer p. 107) exhibet, *λλ* in *λ* reductae et productione vicaria compensatae sunt. — *ἅμιλλα* et *ὤμιλλα*, ludus quidam, Eup. ap. Poll. IX, 103 ex **ἅμιλι̯α* sunt orta; his adiungam tria nomina *ἄμαλλα, δίκελλα, μάκελλα*, quorum priores formae suffixo *-λη* fictae *ἀ-μά-λη* (R. *μα*), *δικέ-λη, μακ-έ-λη* suffixo *ι̯α* amplificatae sunt;*) cf. Oehler de ‚simplicibus consonis' p. 62. — *βδέλλα*: *βδέλλω*. — *θάλλος*: *θάλλω*, et deriv. multa, uti *Θάλλος, Θαλλώ, τριθαλλίαι* (H). — *λάλλαι* Theocr. 22, silices quos aqua alluit: *λάλιος* susurrans. — *μᾶλλον, μαλλό-τερον* Stob. flor. III, 95,10: Lat. *melius*. — *μέλλαξ* tit. et *μελλάκιον* Scr. eccl. i. q. *μεῖραξ, μειράκιον* atque *λλ* ad unum reductis *μῖλαξ · μέλλαξ* (H): Scr. *marjakas*, homunculus, Curt. Et. 594. — *μελλέβιος*: *μέλλω*. — *μύλλον* labrum et *μυλλός · καμπύλος* (H) eorumque derivata, ut *Μυλλίας μυλλαίνω*: *μύλλω* et *μοιμύλλω;* ex eadem radice *μυλ* profecta sunt vocabula Sicula: *μυλλός* cunnus et *μυλλάς* scortum et fortasse *μύλλος* piscis cuiusdam species. — *οὔφελλα* (cod. *οὐφέλλα*), quod est Lacon. pro *ὄφελτρον, ὄφελλα* Schol. Lyc.: *ὀφέλλω* verro. — *πάλλα, παλλίζομαι, ἐγχεσίπαλλοι*: *πάλλω*. — *Σελλοί* Pind. et *Ἑλλοί* Str., sacerdotes Jovis Dodonaei: *Salii*, sacerdotes Martis Romani. — *σκελλός · διεστραμμένος* (H) i. e. varus: *σκελίς, σκελί-ζω*. — *Σκύλλα*, monstrum quod naves dilacerat: *σκύλλω* et Lat. *spolium*, ad eandem radicem *σκυλ* ponas Hes. gll. *σκύλλος, κύλλα* (vox Elea pro *σκύλαξ*), *σκόλλος · ὁ σκύλαξ τοῦ λέοντος*. — *στελλάνδρα* (H): *στέλλω*. — *ψύλλα, ψυλλός* et deriv.: Lat. *pulex (pulic)*, R. spal Vaniček 1181. — *βρυλλίχα, βρυλλιχίδδει* al. De quorum formatione paullo uberius mihi est disserendum. A radice *βρυ* (cf. *βρύει · ἀναβλύζει*) amplificatis *βρυαδ* et *βρυλ* stirpibus derivabantur verba *βρυάζω* (H. *βρυάζειν · γαυριᾶν. ἥδεσθαι*) et **βρύλλω* perinde atque a radice *μυ* verba *μύω, μυάω, μύλλω* et ab adiectivi *μαδός* stirpe formantur *μαδάω, μαδίζω, μαδάλλω*. A v. *βρυάζω* deductum est *βρυαλίζω* (H), ex quo subst. *βρυαλίκται* Stes. 79. Ibyc.

*) De ceteris substantivis in *-αλλος, ελλος, -ιλλος, -υλλος* terminatis quippe quae sint deminutiva aliamque ducant originem in tertia huius quaestionis parte disputabitur.

52 descendit; ex *βρύλλω autem suffixo -ιχο, quod cum alioquin occurrit, tum Boeoticae dialecto acceptum erat (cf. πυρρ-ίχη, Μόρ-ιχος, ὀρτάλ-ιχος) manavit subst. βρυλλ-ίχαι (Hes. cod. falso βυλλίχαι), vide s. v. βρυλλιχίδδει: βρυλλίχας καλοῦσι Λάκωνες. Pariter emendandae sunt Hes. glossae βυλλίχης in βρυλλίχης vel βρυλλίχας, βυλλιχίδες in βρυλλιχίδες; deinde a subst. βρυλλίχα profectum est v. denom. βρυλλιχίδδεν, quod ad gl. βρυλλιχίδδει spectans pro cod. βρυλλιχίζειν posuerim. Ex v. βρυλλιχίζω denique βρυλλιχισταί (H) substantivum fluxit. — κάλλος subst. et καλλός adi. (cf. Alcm. 95 καλλά = καλῶς et Hes. καλλόν · καλόν), comp. καλλ-ίων, superl. κάλλ-ιστος atque καλλι- in compositis: Scr. *kaljas* iucundus; vulgo adiectivi forma κᾰλός legitur, sed in Homeri carminibus pro κᾱλός, quippe quae forma a codicibus tradita non sit Ionica, genuinam καλλός restituendam esse G. Meyer p. 66 suo iure contendisse mihi videtur. Derivata et composita horum nominum exstant permulta omniaque exhibent λ geminatum. — A radice κελ debilitata κιλ suffixo ιο (cf. κέλλω) ficta sunt haec nomina: 1) κελλός (Hes. κελλόν · στρεβλόν. πλάγιον) et v. denom. κελλόω (H): κελε-ός ex κελιός, uti κενεός ex κενιός, Scr. *çûn-ja-s.* 2) κίλλος asinus, κίλλα asina, i. e. animal quod caudam iactat, cuius est comp. κιλλακτήρ (H); voces videntur esse Doricae. 3) κίλλουρος motacilla atque n. pr. et app. Κίλλα. 4) ἔγκιλλον · οὐράν (H), ἐγκίλλαφον · οὐρά (H), ex ἐν-κίλλ-αφο-ν, cf. κρότ-αφο-ς. 5) κιλλίβας (Hes. κιλλίβαντες · τραπεζῶν βάσεις καὶ ὑποθέματα). 6) Ex eadem stirpe κελ dubito num deducam Hesychiana κελλάς · μονόφθαλμος, κιλλαμαρύζειν · κατιλλώπτειν, κίλλιξ · βοῦς τὸ ἐν κέρας ἔχων διεστραμμένον. — Ex radice καλ et α vocali offuscata κυλ (Vanič. 1089) suffixo ιο formata sunt vocabula: τὰ κάλλαια (κάλλεα, κάλλη) Ar. Eq. 497 palea, καρά-καλλον eiusque demin. καρακάλλ-ιον A. P. cucullus, κύλλα [τους] · τοὺς ὀφθαλμούς, κύλλαβοι · ὑπώπια, κύλλια · ὑπώπια μέλανα (deminutivum vocis κύλλα); geminata est reducta in κῦλα (H) priorque syllaba correpta in κῠλα, κῠλ-άς, -ίς; quod ad vocum formam attinet, conferas: καλιά, καλιός casa et Lat. *cilium* in *supercilium.* — μονοσίλλη · ὁ ἐν ταῖς ὑάσι λαμπρὸς ἀστήρ (H) i. e. stella, quae sola fulget inter Hyades; est igitur compositum ex μόνος et *σίλλη vocabulis; σίλλη autem ex rad. σελ (cf. σέλας, fulgor) suffixo ια (*σέλια, σίλλη) ortum esse voces Graeca Σείρ-ιος et Sanscrita *sûrjas* (= **svarjas*) ex eadem radice genitae affatim videntur docere. Haud scio an ad eandem hanc radicem ponam nomina propria: Σελλάρτιος Σελλασία Σελλήεις Σελληιάδης. — A radice bhal (Vaniček 622) vel spal (Grassmann KZ. XVI, 181) descendunt haec nomina, quae multa ducunt derivata atque composita: φύλλον, φυλλίς: folium; φαλλός et n. pr. Φόλλις; φελλός (Pind. Aesch.), suber et verb. denom. φελλεύω (φελλεῦον · ἐπιπλέον i. e. suberis instar supernatans); deinde aspirata φ cum θ permutata: θύλλα · φύλλα (H), quod M. Schmidt Helbigio probante Cretensibus vindicat, θαλλίς · μάρσιππος μακρός, θυλλίς (θῡλίς) · θύλακος (H), συλλίρ (H), quod est Laconicum pro θυλλίς, nom. pr. Θυλλῖνος iuxta Θύλων; ψύλλος · τὸ παχύ. τὸ συνέχον et demin. ψύλλιον · πόα κτα (H). — A radice σφαλ, ψαλ (Curt. Et. 688) derivantur haec nomina: ψελλός Ar. et ψελλίζεσθαι: ψάλλω, σφάλλω; σελλός Ar. et σελλίζεσθαι (H), σελληγορεῖ (H); σιλλός, σιλλοί et deriv. σιλλόω, σιλλαίνω, Σιλλεύς et comp. ἀνάσιλλος, quod unum praeterea simplex λ praebet.

c) *λλ ex λν adsimulatae sunt in vocibus:* βέλλειτει tit. Lar. Loll. vs. 20 = βούληται, quo ex coniunctivo Thessalos huius verbi formam βέλλομαι aeque atque Aeoles βόλλομαι (Meister p. 143) et Boeotos productionem vicariam praeferentes βείλομαι usurpasse discimus; βέλλομαι ex *βέλνομαι ortum esse intelleges, si Scr.

vṛṇômi, volo, comparabis (Meyer § 73). Alii de βέλιομαι, βόλια (Aeol. βόλλα) cogitabant spectantes ad Slav. *volja* et Lituan. *vèl-yju,* volo. — ἐλλός et ἐλλός (cf. ἐλλοφόνος Dianae epitheton) hinnuleus; Lituan. *élnis* alces et Slav. *jelenĭ* cervus. — μαλλός vellus et deriv. μαλλόω, μαλλωτός et comp. δασύμαλλος, πηγεσίμαλλος (ep.) Καράμαλλος (nom. pr.) a rad. *val* vel *mal* (Vanič. 896) ex *ϝαλνος prodisse testimonio sunt Scr. *ûrnâ* lana, Slav. *vlŭna,* Lituan. *vìlna.* A μαλλός quoque descendere statuam μάλλυξ (μάλλυκες · τρίχες H) et ἄλλιξ — ἄλλικα (Call. fr. 149) · χλαμύδα κατὰ Θετταλούς. Οἱ ἰδιῶται γάλλικά φασι ταύτην Suid. — media γ pro spirante ϝ pervulgato illo usu posita; huc denique, si Roscher, Stud. III, 138 recte iudicat, nomen pr. Βελλεροφόντης, alias Μελλεροφόντης eiusque hypocoristica Βέλλερος et Βέλλων (Lac.) addenda sunt. — A radice val, Gr. ϝελ (compellere concludere) vel ϝιλ suffixis να, νο, νε facta esse censentur haec vocabula: 1) ex ϝελ-να: ἴλλα (Hes. ἴλλαι · τάξεις. συστροφαί. δεσμοί. ἀγέλαι) quod Doricum idque Creticum esse indicare mihi videtur Hes. gl. ἀρχιλλάν · ἀρχιποιμένα, Κρῆτες i. e. ἀρχ-ιλλάν; vulgo altera liquida amissa occurrit ἴλη, ἶλαι, εἴλη (Hdt. I, 73. 202); derivata sunt ἰλλάζει · δεσμεύει (H), γελλίξαι · συνειλῆσαι (H), quod Meister Gr. D. p. 105 Aeolicum esse putat. Denique non est dubium quin voces Laconicae ἀπ-έλλαι · σηκοί. ἐκκλησίαι (H) et verb. denom. ἀπ-ελλάζω · ἐκκλησιάζω Plut. Lyc. 6 eiusque deriv. ἀπέλλακες · ἱερῶν κοινωνοί (H) ex *ϝέλνα manaverint; optime igitur M. Schmidt Hesychii glossam corruptam ἀππαλλάζειν · ἐκκλησιάζειν. Ἴωνες emendavit in ἀπελλάζειν · ἐκκλησιάζειν. Λάκωνες, atque similiter glossam ἀπάλλακες · ἱερῶν κοινωνοί in ἀπέλλακες corrigendam esse mihi persuasi. 2) ex *ϝελνω ortum est ἔλλω Aeol. et εἴλλω: Hes. εἴλλη · εἱργή; Aesch. fr. 24 εἰλλόμενον (Curt. V. I, 256); vulgo autem geminata in simplicem abiit productione vicaria vel ascita εἴλω vel neglecta ἔλω · κατέχω (H); cum ἀπέλλω Herodianus dicat Aeolicum, glossas quoque Hesychii ἀπέλλειν γελλίξαι ἔλλειν ἐλλόμενα ἐλλάσαι Aeolibus ascribam. 3) ex ϝελνέω factum est εἰλλέω et ἀελλέω, quod Hesychius tradit in glossa ni fallor Dorica ex dialecto suscepta ἀελλεῖ · φιλεῖ. κολακεύει i. e. lateri alicuius se admovet. 4) ex ϝελ-νες prodiit epic. adi. ἀελλής vel ἀολλής eiusque derivata ἀολλίζω ἀολληδόν; vocalis ἀ in fronte posita, quam Curtius Et. 540 particulam ἀ = una esse suspicatur, haud scio an sit ἀ furtivum, quod non numquam ϝ spiranti praemissum exstare supra sub v. ἀβέλλω docuimus. — ὄλλυμι = *ὄλνυμι, ex quo verbo fluxerunt formae posterioris aetatis analogicae ὀλλύω et ὀλλύρω in Hes. ἀπόλλυρε · φόνευε εἰς ἀπώλειαν, nisi id quod malim ἀπόλλυρε in ἀπόλλυε emendandum est, cf. ὄλλυε Archil. 27 et Curt. V. II, 39. — ὠλλόν · τὴν τοῦ βραχίονος καμπήν (H): ὠλ-έ-νη et Lat. *ulna.*

II. Exempla non satis certa.

a) *λλ ex λϝ ortae esse videntur in nominibus:* ἀμαλλός (H) pro vulg. ἀμαλός ex ἀμαλδϝός eiusque v. denom. ἀμαλλόω · ἀμαλδύνω (H), quorum consonam geminatam recte se habere Latinum *mollis,* quod Bopp in Gloss. ex molduis coaluisse docet, testari videtur. — Γέλλωτες, quod pro vulg. Εἵλωτες in Epilyci fr. 2 praebetur, sive a radice ϝελϝ (ϝελυ) sive a subst. ἕλος (*ϝέλος) originem ducit, ex *ϝέλϝωτες ortum esse confidenter contendere ausim atque si rectius originem ex subst. ἕλος statuerim, id ipsum ex *ϝελϝος, *ἕλλος reducta geminata natum esse arbitrer, ut optime cum Lat. *vallis* ex *valvis quadret. Contra Eleum ϝᾶλις, vulg. Ἦλις productionem vicariam assumpsit. — ἕλλαθι Sim. C. 49, ἕλλατε Call. 120 pro vulg. ἵληθι, quas formas si a Curtio iure Lat. *salve* comparatur, id quod Meister 143 addubitat, ex *σέλϝαθι,

*σέλϝατε factas esse censendum est. — παλλακή Hom., pellex, παλλακός Lex., puer dilectus, πάλλαξ, -ηξ Lex., pellex, iuvenis, multaque derivata; haec vocabula diversas explicationes sunt passa, v. Vanič. 527; Bezz. B. I, 296; Lottner KZ. VII, 165; mihi quidem maxime omnium arridet Bezzenbergeri sententia in Beitr. VI, 237 prolata, qui cum eis Slavic. *člověkŭ* homo et Lettic. *kílvekélis* homunculus comparat. — παλλιχίαρ· πεμμάτιόν τι παρὰ Λάκωσι (H) a *πάλλη (vulgo πάλη palea) suffixo -ιχιο (= παλλιχίας) formatum esse existimo; vocem πάλη autem ex *παλϝη, *πάλλη genitam esse Joh. Schmidt, Zur Gesch. d. indogerm. Vocal. II, 5 substantivo Palaeoslov. *plěva* (palea = palva) collato ostendit.

b) *λλ ex λι natae esse videntur in nominibus:* διαφουλλαί (pro διαφυλλαί quod litterarum ordini repugnat)· διακοπαί. διαλογαί (H), quod M. Schmidt verbo φούλλω comparato Laconicum esse censet. — καλλαβίς Eup. fr. 166, chorea Dianae sacra, ex rad. καλ (Vanič. 122): κέλλω, κέλευθος, κολεῖν· ἐλθεῖν (H). — κιξάλλης latro, κιξαλλ-εύω inscr., latrocinari, R. skal redupl. kiskal, κιξαλ; κιξάλλης collata Hes. gl. κιξαλ-ία· πᾶσα κακοτεχνία ex *κιξάλιης natum esse arbitreris. — κόλλα fortasse ex *κόλια ductum, cf. Slav. *klěj;* derivata sunt: κολλάω κόλλοψ (Hes. κόλλαπες), quocum vel notione ‚Pflock' congruit Slav. *klin(ŭ)*, composita: ξηροκόλλα (H), σαρκοκόλλα (H). — μέταλλον metallum atque derivata multa: μεταλλάω, -εύω, -ικός al. et fortasse μεταλλεῖς· τῶν μυρμήκων τινές (H); μέταλλον Curtius (Et. 540) Kvičalam secutus, cum v. ἰ-άλλω, ut sit eius notio principalis „das Nachsuchen, der Stollen" cognatum esse putat; sed equidem eorum qui vocem alienigenam esse censent opinioni accedam. — στέλλα· ζῶ(σ)μα (H), στέλλω, στολή. — τελλίς· τάξις. μέρος: τέλλω, τέλος. — φάλλα, φάλλαινα· ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ θρίξ (H) et φάλλη· ἡ πετομένη ψυχή tinearum species: φαλι-ός, candidus, v. Curt. Et. 298.

c) *λλ ex λν adsimulatae esse videntur in vocabulis:* βελλάσεται· ἡλιωθήσεται (H); Baunack Stud. X, 81 ex βελνάσεται ortum esse iure, ut opinor, contendit. — ἔλλοψ et ἔλλοπος, Ath. IV, 136a; VII, 282d; Nic. th. 490 piscium species; Fick, Stud. IX, 172 ex ἔλν-οψ deducenda putat; huc praeterea rettulerim adi. ἐλλός Soph. ap. Ath., quod est piscium epitheton atque vulgo haud scio an falso voce ‚mutus vel celer' explanatur. — θρύλλος, θρυλλίζω Hom., Hes., θρυλλέω (H) pro vulg. θρῦλος, θρυλίζω θρυλέω; equidem uti εἱλλέω ex ϝελνέω, ita θρυλλέω ex θρυλνέω prodisse censuerim atque substantivo θρύλλος formam principalem *θρύλ-νος tribuam; attamen si Curtius Et. 257 iure radicem dhran statuit, θρύλλος ex θρύν-λος (cf. μόχ-λος) natum atque ab hoc substantivo verb. θρυλλέω derivatum esse arbitrari licet. — πολλός (ep. Ion.), πολλή (vulg.), πολλόν (ep. Ion.), πολλάκις, πολλαχοῦ etc., quas formas si ad πολύς respiciemus, ex πολϝο originem traxisse statuemus, quam ad opinionem fulciendam et Scr. *puras* (ex *parvas) afferri possit, sed πολλός cum aliarum Europaearum linguarum vocibus idem significantibus, qualia sunt Lat. *plenus*, Lituan. *pìlnas*, Slav. *plŭnŭ* = Sorab. *połny* si comparaveris, F. Froehdei (Bezz. B. III, 298) sententiae qui πολλός ex *πολνός genitum esse censet, confidentius adstipulaberis. Huc denique pertinet Hesychii glossa: πέλληρόν· στέψον i. e. compleas.

C. De λλ geminatis ex νλ adsimulatione regressiva natis.

Omnium dialectorum more νλ litterae in λλ regressiva coalescunt adsimulatione eaeque maxime in vocibus cum σύν et ἐν praepositionibus compositis. Qui quidem usus in libris manu scriptis non fere neglegitur, in titulis saepius etymologica scribendi ratio (νλ) servata est, quae nihil probat de pronuntiatu. Nihilo

tamen setius in eisdem non numquam porro proceditur, quippe qui vel exeuntem vocis litteram ν proximae vocis ineuntis litterae λ adsimulatam offerant. Exempla sufficient haec: ἐλλείπω ἐλλάμπω συλλέγω συλλαβή, sed ἐνλείποντες CIA. II, 465,9. — Praeterea παλιλλογέω, πάλλευκος poet. ex πάν-λευκος ortum. — Deinde exempla adsimulationis inter duas voces adhibitae haec: ἐλ Λίνδῳ CIA. I, 237,18. 262,14; τὸλ λόγον 32a, 28; τῶλ λογιστῶν 32a, 9. — Denique voces ἐλλόβιον inaures ex ἐν-λόβιον et ἔλλοβος siliquis instructus ex ἐν-λοβός, cuius est demin. ἐλλόβια Th., factae. Quod est in titulo Cretico recentiore CI. 3074,16 ἐλείπων, in eo Boeckh collato tituli 71,16 ἐλλείπων liquidam λ duplicandam censet.

De *Ρ* geminata.

I. In augmentatione, reduplicatione, vocibus compositis.

Quaecumque in fronte ρ littera ornata sunt vocabula spirantem ϝ vel σ principalem abiecerunt; cuius rei exempla collegit G. Meyer § 163 sq. Quae doctrina ea confirmatur re quod in omnibus Graecae linguae dialectis cum verba in indicativis temporum historicorum augmentantur vel in perfectis reduplicantur et in commissura cum voces componuntur, ρ consona geminatur. Qui usus cum sit percognitus pauca exempla apponere satis erit.

1. ῤῥ ex ϝρ natas exhibent a) in augmentatione ἔῤῥιπτον ἐῤῥάγην ἔῤῥηξα (cf. ἔϝρηξα in t. Cypric. Bezz. B. VI, 152); b) in reduplicatione ἔῤῥωγα ἐῤῥίφειν ἔῤῥηγμαι; c) in vocum commissura ἄῤῥητος διαῤῥήδην πετροῤῥιφής.

2. ῤῥ ex σρ ortas ostendunt a) in augmentatione ἔῤῥει ἐῤῥύην ἐῤῥάφην; b) in reduplicatione ἔῤῥαμμαι ἐῤῥώμην; c) in vocum commissura διάῤῥαμμα βαθύῤῥοος πλατύῤῥυγχος ὁμόῤῥοσα (H), quod est Laconicum pro ὁμόῤῥοθα (cf. Theocr. epigr. 3,5).

3. Analogia ductae sunt si verae sunt Hesychii glossae καταῤῥάσσειν et καταῤῥάξαι utpote quae sint ex κατὰ et ῥάσσω compositae; ῥάσσω autem α vocali ineunte abiecta ex ἀράσσω factum esse docet G. Meyer § 164; sed tamen etiam καταράσσειν legitur apud Hesychium.

4. Apud Homerum in thesi ρ litterae geminatio plerumque est omissa, ut ἔρεξα *I* 453 ὠκυρόῳ *E* 598 ἄρεκτον *T* 150 προρέοντι *E* 598 poneretur; omnia exempla Homerica huc spectantia congessit Knös in libri qui ‚de digammo Homerico' inscribitur pagina 240. Quam licentiam epicam et alii poetae et ipsi solutae orationis scriptores Alexandrinae Romanaeque aetatis sibi imitandam esse putabant; ex quibus afferam χρυσόραπις ὀξυρεπής Pind. χρυσορόης Eur. ὀξύρυγχος Epich. πετρόρυτος Orph. ὀξυρόδινον Ath. πρόρευσις Schol. Nic. περιρογχάζω Schol. Ar. Et in titulis ipsis interdum hunc usum offendis, ut Πολυρηνία, Cretae oppidum, saepius pro Πολυῤῥηνία, ἰσόροπον CI. 2059,18, φιλορώμαιος Plut. al., quod magis in usu fuisse videtur quam φιλοῤῥώμαιος, πολύριζος Keil Syll. inscr. Boeot. p. 151 in epigrammate, quod etiam a Pausania ap. Eust. ad Od. λ 538 p. 1698 laudatur.

II. In commissura vocum ῤῥ ex νρ oriuntur.

Cum in vocum commissura ν et ρ litterae concurrerent vulgo adsimulabantur; quae adsimulatio regressiva quamquam in epica iam conspicitur lingua tamen interdum in dialectis, sicuti in Attica, litteris non perscripta est, sed valuit

etymologica scribendi ratio, cum alioquin etiam porro progressa vel inter duas voces exhibeatur. Inferiore vero Graecae linguae aetate illae consonae semper adaequabantur. Exempla plurima suppeditant vocabula cum *σύν* praepositione et *πᾶν* adiectivo composita, e quibus affero *συῤῥάπτω συῤῥήγνυμι, παῤῥησία παῤῥησιάζεσθαι, ἐρ Ῥόδῳ* CIA. I, 262,17. 263a,15. — Dein adsimulatio conspicitur in linguae epicae-poeticae vocabulis quae cum *πάλιν ἄγαν μέλαν* vocibus sunt composita, uti *παλίῤῥοος παλίῤῥοπος ἀγάῤῥοος μελάῤῥινος*; *ἀγαῤῥάπτει* (H) vocabulum est dubiae fidei, vix sanum. — Memoratu denique dignum videtur *ἐν* praepositionem inde ab Alexandrinis demum grammaticis ad consonam *ρ* adsimulari (*ἐῤῥίπτω ἐῤῥάπτω ἔῤῥυθμος*) nec vero in scriptorum Atticorum et Ionicorum libris immutari: *ἐνράπτω* Hdt. Eur. *ἐνρίγόω* Ar; qui litterarum usus titulis non notus (cf. supra *ἐρ Ῥόδῳ*) haud scio an eo consilio servetur ne quis de origine vocum dubitet.

De *M* geminata.

Permulta mediae *μ* geminatae exempla omnia fere ad unam eandemque adsimulandi rationem, ad regressivam adsimulationem reducere licet. Progressiva adsimulatio sola cernitur in aoristis sigmaticis uti *ἐνέμματο*, quorum geminatas Aeolica dialectus et Thessalica ut videtur unae retinuerunt, ceterae productione vicaria compensabant. Atque *μμ* regressiva adsimulatione factae omnibusque dialectis communes reperiuntur

1) in stirpium quae in consonas labiales cadunt perfectis et plusquamperfectis passivi et in eis formis, quibus adduntur suffixa *-μαι, -μην, -μεθα, -μενος*.

2) in substantivis verbalibus quae ab eisdem stirpibus in labiales desinentibus *-μα(ν)τ* et *-μο* suffixis formata sunt.

3) in vocibus compositis cum in commissura *ν* et *μ* litterae concurrunt, in primis in eis quae cum *σύν* et *ἐν* praepositionibus componuntur.

4) in singulis quibusdam perfectis passivi et substantivis verbalibus stirpium in *-ν* litteram terminatarum.

I. In perfectis et plusquamperfectis passivi.

Hic usus cum sit pervulgatus, ex magna exemplorum copia singula me promere satis habeatur: *λέλειμμαι λελείμμεθα ἐλελείμμην ἐλελείμμεθα λελειμμένος* ex **λέλειπ-μαι* ***λέλειβ-μαι* — *λέλαμμαι* Hdt. *λέλημμαι* Aesch. Eur. *εἴλημμαι* ex **λέλαβ-μαι* — *γέγραμμαι* ex **γέγραφ-μαι* ***γέγραπ-μαι* ****γέγραβ-μαι*.

II. In substantivis verbalibus.

a) *suffixo neutrali -μα(ν)τ formatis.* Triginta quinque eius generis substantiva traduntur atque plurima derivata et composita. Neque vero hac in adsimulandi ratione dialectus Lesbiorum Aeolica cum aliis facit, in qua adsimulationem progressivam locum habuisse substantiva *ὄππα* pro *ὄμμα* ex **ὄπ-μα*, *ἄλιππα* ex **ἄλιφ-μα* **ἄλιπ-μα*, *γρόππα* ex **γράφ-μα* **γρόπ-μα* facta, quae perhibent grammatici, testantur. Sunt vero omissis derivatis et compositis haec: *ἄλειμμα ἅμμα ἀπό-σκημμα* Aesch. fr. 18 *βάμμα βλάμμα* (= *βλάβη*) *βλέμμα γλύμμα γράμμα δρέμμα* (H) *ἐγκόλαμμα* LXX *ἔγκρυμμα ἔκθλιμμα* Gal. *θρέμμα θρύμμα κάλυμμα κλέμμα κόμμα λεῖμμα λέμμα λῆμμα νίμμα ὄμμα πέμμα* (cf. *πέπτω*) *ῥάμμα ῥίμμα* vel *ῥῖμμα ῥύμμα σκάμμα σκέμμα σκῶμμα στέμμα στρέμμα στύμμα τρίμμα* vel *τρῖμμα τύμμα χρέμμα* (ex

**χρέμπ-μα* **χρέμμ-μα*, cf. verborum *κάμπ-τω* et *πέμπ-ω* perff. pass. *κέκαμμαι* et *πέπεμμαι*; contra vv. *χρίμπτω μέμφομαι ῥέμβομαι* carent perfecti forma passivi). Ad horum substantivorum speciem Galenus e verbo *ῥοφέω* finxit *ῥόμμα* pro vulg. *ῥόφημα*; idem ille scriptor in part. verb. *ῥοπ-τός* illam decurtatam usurpavit stirpem.

b) *suffixis -μο -μα -μον formatis.* Talium nominum quorum nullum perhibetur in carminibus Homericis collegi haec exempla: *γραμμή* Pind. Eur. *ἐγκαλυμμός* Arist. *θλιμμός* LXX *κομμός* Aesch. et deriv. *κομμ-αρεύω* (H) *σκεμμός* Suid. *τριμμός* Attici et *συντριμμός* LXX *τυμμή* Suid. Ex radice *τρεφ* suffixo *-μον* descendit — *θρέμμων*, quae vox in nonnullis epithetis ornantibus linguae poeticae cernitur his: *βουθρέμμων* Aes. *βιοθρέμμων* Ar. Orph. *ἀσπιδο-, πελειο- ὑδατο-, φιλο-θρέμμων* Alex. Denique huc afferam: *θρυμματίς* Antiph. com. fr. V, 4 p. 101. Luc. Lex. 6 et *ἐνθρυμματίς* Anaxandr. com. ap. Ath. p. 131 D, quarum vocum ad speciem Hes. gl. *θρυματίς · ἡ ἐφ' ἡμῶν ἐνθρυματίς* est emendanda. Vix dubium est quin *θριμμός* et *ἐνθριμματίς*, quas et ipsas glossas Hesychius tradit, falsa serae aetatis pronuntiatione ortae sint ex *θρυμμός* et *ἐνθρυμματίς*. Ceterum *θρύβω* verbi testem Lobeck technol. p. 32 affert Michaelem Ephesium ad Aristot. memor. p. 130 A.

III. In vocum compositarum commissura.

a) Copiosa exempla quae praestant voces cum *ἐν* et *σύν* compositae uti *ἐμμένω συμμαχία* cum sint notissima nisi insignia quaedam non afferam *ἀντεμμάσασθαι* ex *ἀντ-εν-μάσασθαι* Eur. fr. 614 *ἔμμοτος* Hipp. *ἐμμαπέως · ταχέως* (H) = *ἐνμαπέως* cf. v. *μαπέειν* (Vanič. 719) *ἐμμάσαι* (H) *ἐμματίζων* (H) *ἐμμηλάδας* (*αἶγας*) Call. Ap. 51 i. e. *ἐν μήλοις νεμομένας*; *ἐμμόνιαι · συνθῆκαι* (derivatum ab *ἔμμονος*: *ἐν-μένω*), *ἐμμάνιας* tit. Drer. 78.

b) In vocabulis maxima ex parte poeticis quae cum *πᾶν πάλιν πλήν* voculis componuntur: *πάμμακαρ πάμμαχος* vel *παμμάχος παμμεγέθης παμμέλας πάμμετρος Παμμένης* CIA. I, 1329 eiusque hypocor. *Πάμμων* Hom., *παμμήστωρ* — *παλιμμήκης* Aesch. Ag. 204 *παλιμμαχέω* Io. Lyd. — *πλημμελής* et der., quae in soluta quoque oratione saepius occurrunt.

c) In titulis etsi etymologicae scribendi rationis exempla uti *συνμαχία ἐνμανής* haud rara sunt, tamen haec adsimulationis consuetudo inter duas quoque voces conspicitur eaque in dialectis 1) Elea *ἐμ Μίλητον* Ol. 4. 2) Delphica *μέμ μοι* CI. 1688,36. 3) Cretica *μὲμ μή* Roehl nr. 477. 4) Boeotica *τὰμ μαντειίαν* Orch. 13,2 *τᾶμ Μωσάων* Thesp. 24. 5) Thessalica *τὰμ μέν, τὰμ μά* t. Lar. Loll. vs. 22, sed *τὰν μέν* vs. 44 et *συνμεννάντουν* vs. 14. 6) Ionica *ἦμ μέν* Roehl p. 137. 7) Attica *ἐμ Μελέτῃ* CIA. I, 324a,10 (cf. *ἐμ Μυτιλήνᾳ* t. Mytil. I) *ἐὰμ μή* 25. 31, vel in tituli metrici (1198) caesura: *νίκην εὐπόλεμομ μνῆμ' ἔλαβον σφέτερον*, abusu bis est positum in titulo metrico 1326 *ἐνὶμ μεγάροις*, qua in re consuetudo epica (cf. G. Meyer § 288) exemplo fuit. — In metrici tituli Arcadici (Roehl inscr. 95) *ἐ Μαντινέαι* i. e. *ἐν Μαντινέᾳ* non solum geminata attenuata, sed etiam syllaba est correpta.

IV. In perfectis et plusquamperfectis pass. et substantivis verbalibus verborum quae in *-ύνω* et *-αίνω* cadunt.

In formandis perfectis pass. verborum denominativorum in *-ύνω* (*υ-νω*) desinentium Graeca lingua fluctuabat; vel elidebatur *ν* ante *μ* neglecta productione, qui usus primarius videtur fuisse, si ad aequalia verborum primitivorum perfecta

ut *κέκρῖμαι τέτᾰμαι κέκλῐμαι* spectamus, vel haec verba, si ad *ἥδυσμαι* alia respicis, in analogiam eorum quae exeunt in *-ζω* transibant (cf. Curt. V. II, 222), vel *ν* nasalis primitus ad praesentis modo stirpem pertinens cum falso verbali stirpi inhaerere putaretur *μ* labiali secutae adsimulabatur, quo in usu qui sit fere recentior haud scio an maximi momenti fuerint perfecta numero abundantia veluti *γέγραμμαι λέλειμμαι;* exhibent autem eius generis perfecta analogiae rationi tribuenda: primum Homerus *ἠσχυμμένος* Σ 180, alterum Attici *ὤξυμμαι* Lys. IV, 8. Aeschin. I, 43, alia scriptores Romanae aetatis *τεθήλυμμαι* Cl. Al. 266 *τετράχυμμαι* schol. in Apoll. III, 276 *ἠρτυμμένος · ἠρτυμένος* (H), *ἐσκλήρυμμαι* Sext. Emp.

Eadem inconstantia eademque ratio conspicitur in perfectis pass. verborum in *-αίνω* cadentium, quorum pleraque sunt denominativa atque ad inferiorem pertinent linguae aetatem, neque tamen omittendum est, quod perfecta veluti *πέφασμαι* (Sol. Soph. Pl.) quae similitudini verborum in- *-ζω* se applicuerant, multo frequentiora sunt multoque prius in litteris occurrunt. Primum huius adsimulationis exemplum legitur in Aristotelis scriptis *μεμώραμμαι* (h. a. 9,2), deinde *ἔξαμμαι* Theophr. Diod. (sed *ἔξασμαι* iam Hippocrates) *κεκοίλαμμαι* Et. M. *ἐῤῥαμμένα* (*ῥαίνω*) Ath. *μεμίαμμαι* (*μιαίνω*) Dio C., *ἐξήραμμαι* Theophr. alii *μεμάραμμαι* Plut., Cl. Al. — Mirum in modum vel part. perf. pass. *ἀπεκταμμένος* Apocr. 1. Macc. 5,51 ad hanc analogiam seductum est.

Similitudinem horum perfectorum secuta sunt substantiva verbalia quae omnia sunt recentioris aetatis: *καταισχυμμός* Clem. Al. *μάκρυμμα* (*μακρύνω*) LXX *πλάτυμμα* (*πλατύνω*) Lex. *ξάμμα · ξάσμα* (H).

De *N* geminata.

I. In hypocoristicis, quae in *-υννα, -υννος, -ιννα* terminantur.

Suffixis quae modo commemoravi non ita multa nominum propriorum et pauca appellativorum hypocoristica formantur neque tamen Curtius Et. 637 recte iudicat, qui ea Aeolicae solius dialecti propria fuisse contendit; nam neque a Boeotica neque ab Attica neque a Dorica prorsus fuisse aliena exempla afferenda demonstrabunt; sed geminatam adsimulatione ex *ὐν-ϳα* (*ὐν-ϳος*) *ἰν-ϳα* (*ἰν-ϳος*) factam esse Curtius suo iure docuit et exemplis *δέσποινα* (ex *δέσπο-νια*) *πότνια* aliis allatis optime probavit, quare dubito, num quis Fickio (Griech. Personennamen p. XXXV sq.) qui suffixa, *-ῡνος* (*ῡνα*), *-ῑνος* (*ῑνα*) primaria habenda, *-υννος* (*υννα*), *-*ιννος* (*ιννα*) autem robustiore tantum nasalis sono pronuntiata eamque ob rem duplici *ν* littera scripta esse censet, assentiatur. Immo vero et ipsum suffixum *-ῑνος* ex *-ιννος* geminata omissa productionis auxilio ortum esse contendam, etsi nullum nomen proprium quod illam primariam speciem servaverit, indagare mihi contigit. Ceterum conferas quae de hac re disputavit Brugman (Morph. Unt. II, 201 sq.) qui *-ιννα* ex analogia *-υννα* suffixi progenitum esse censet; quod cum sit verum *-υννος* terminatio sine dubio ex analogia originem duxit. More nominum hypocoristicorum, quae deminutiva diversissimis suffixis formata offerre solent, *-υννα* et *-ιννα* in *-υννίς, -ιννίς, -ίννιον* amplificata sunt. Exempla autem apponam haec, e quibus terminantur a) in *-υννα* (*-υννίς*): ***Δίκτῠννα*** Dianae cognomen apud Cretes praeter ***Δικτύνη***, ***Ἕρκυννα*** (Boeot.), ***Κίκυννα*** et ***Κίκῡνα*** pagus Atticus cf. ***Κικυννῆς*** Ar. Nub. 210, ***Κύννα*** et ***Κῦνα*** Ar. ***Κυννίς*** tit. ***Κυννάνη*** Ath. ***Πύννα*** · *ἡ* ***Ἥρα*** (H). b) in *-υννος*: ***Ἄργυννος*** Agamemnonis deliciae, secundum quas Venus ***Ἀφροδίτη Ἀργυννίς*** teste Athenaeo p. 603 D nominabatur, ***Κύννος***

